UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Demosthenis Et Aeschinis, Principum Græciæ Oratorum Opera

### Demosthenes

### Aureliae Allobrogum, 1607

Dinarchi Contra Demosthenem

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1565

Visual Library

liceret. Nam cui tandem fuit obſcurum eos id conſilij habuiſſe, vt intra portum ſtatim eſſent potius, quam vt in eum appellerent? &, ſi paruula nauigia toleraremus, paulo pòſt triremes quoque: &, ſi primùm paucas, paulo pòſt multas? Nec enim dici poteſt, quum Athenis magna copia ſit lignorum ad naues fabricandas: quæ ligna & è longinquo, & difficulter importantur: in Macedonia, quæ etiam aliis qui volunt, ea viliſſimo precio ſuppeditat, extitiſſe penuriam: ſed arbitrabantur naues ibi ſimul & fabricandas, & in eodem portu implendas eſſe: quum communi fœdere ſit ſancitum, ne quid tale admittamus: eámque licentiam in dies fore maiorem putauerunt. Vſque adeò illi nos è ſublimi deſpiciunt, propter noſtrates doctores, qui eis dictant quid faciendum ſit. Sic vnà cum iſtis cuiuſdam ineffabilis diſſolutionis & ignauiæ, noſtram vrbem condemnant: neque eam futuram prouidere, neq; vnquam cogitare putant, quomodo tyrannus iſte communi fœdere vtatur, quibus ego, Athenienſes, vos hortor vt pareatis quemadmodum ego docui: & confirmare poſſim, vt qui hac ætate ſum, nos & iure noſtro citra cuiuſquã reprehenſionem, & occaſionibus ſine vllo periculo vſuros, quę nos ad proſequendas noſtras vtilitates incitant & vrgent. Nam inſuper etiam communi fœderi adſcriptum eſt, Si participes communis pacis eſſe velimus. at verbum illud, SI VELIMVS: etiam contrarium complectimtur, num tandem deſiſtere velimus aliorum ductum & auſpicia turpiter ſequi: an verò ne recordari quidem vllius præclari facinoris, quæ ab antiquiſſimis temporibus plurima nobis præ cæteris omnibus relicta ſunt. Si igitur iuſſeritis, Athenienſes, decernam, vt fœdera iubent, fœdifragis bellum eſſe inferendum.

Cõcluſio.

A ἡμετέροις λιμέσι, πῶς οὐ καταφανὲς* ἦν, ὅτι αὐτίκα εἰσπλεῖν, τὸ εὐθὺς ἔνδον εἶναι ἐμηχανῶντο; καὶ εἰ λεπτὰ πλοῖα ὑπομένοιμεν, ὀλίγον ὕστερον καὶ τριήρεις. καὶ εἰ τὸ πρῶτον ὀλίγας, μικρῷ ὕστερον πολλάς. οὐ γὰρ δή ἐστί γε εἰπεῖν, ὡς Ἀθήνησι μὲν ἀφθόνων ὄντων τῶν ναυπηγησίμων ξύλων, τῶν πόρρωθεν καὶ μόλις εἰσκομιζομένων· ἐν δὲ τῇ Μακεδονίᾳ ἐπιλελοιπότων, τῇ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς βουλομένοις *εὐτελέστατα καθισταμένῃ, ἀλλ' ᾤοντο ἅμα τε ναυπηγηθήσεσθαι ἐνταῦθα, καὶ πληρώσεσθαι ἐν τῷ λιμένι τῷ προειρημένῳ ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημένου, μηδὲν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι· καὶ ταῦτα ἐξέσται ἐπιπλέον ἀεὶ ποιεῖν· οὕτω πάντοθεν καταπεφρονηκότες ἐκεῖνοι χρῶνται, διὰ τοὺς ἐντεῦθεν διδασκάλους, τοὺς ὑπαγορεύοντας αὐτοῖς ἃ δεῖ ποιεῖν. οὕτω δὴ κατεγνώκασι μετὰ τούτων ἀδιήγητόν τινα τῆς πόλεως ἔκλυσιν καὶ μαλακίαν· καὶ οὔτε πρόνοιαν ὑπὲρ τῶν μελλόντων εἶναι, οὔτε λογισμὸν οὐδένα προσγίγνεσθαι, τίνα τρόπον χρῆται ὁ τύραννος ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις· αἷς ἐγὼ διακελεύομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πείθεσθαι, καθάπερ ἐδίδαξα καὶ *διεβεβαιωσάμην ἄν, ὡς τοῦθ' ἡλικίας ἔχων, ἅμα B καὶ τῷ δικαίῳ ἡμᾶς ἀνεγκλήτως, καὶ τοῖς καιροῖς ἀσφαλέστατα χρῆσθαι τοῖς ἐπὶ τὸ συμφέρον κατεπείγουσι. καὶ γὰρ ἔτι προσγέγραπται ταῖς συνθήκαις, ἐὰν βουλώμεθα, τῆς κοινῆς εἰρήνης μετέχειν. τὸ δὲ ἐὰν βουλώμεθα ἐστὶν ἅμα καὶ τοὐναντίον, εἰ ἄρα ποτὲ δεῖ, παύσασθαι αἰσχρῶς ἑτέροις ἀκολουθοῦντας,* ἀλλὰ μὴ δι' ἀναμνησθῆναι μηδεμιᾶς φιλοτιμίας τῶν ἐξ ἀρχαιοτάτου καὶ πλείστου, καὶ μάλιστα πάντων ἀνθρώπων ὑμῖν ὑπαρχουσῶν. ἐὰν οὖν κελεύητε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, γράψω, καθάπερ αἱ συνθῆκαι κελεύουσι, πολεμεῖν τοῖς παραβεβηκόσιν.

## HIERONYMI VVOLFII ARgumentum orationis Dinarchi contra Demoſthenem.

QVæ fuerit occaſio Demoſtheni condemnationis & fugę: in argumento Epiſtolarum eius ex Plutarcho repetiui. Nunc cum Stratocles quidam, cum de acceptis ab Harpalo viginti auri talentis accuſaſſet: Dinarchus (quem quidam hordeaceum Demoſthenem vocant) ſiue alteri hanc orationem ſcripſit, vt tradit Plutarchus, ſiue ipſe delectus à populo accuſator, poſt illum idem argumentum tractat, ac duabus C præcipuè rebus probandis occupatur, vna, indicio ſenatus Areopagitici, propter Demoſthenis cauillationes, fidem non eſſe abrogandam: altera, cum conſtet, Demoſthenem dona cepiſſe contra rempublicam: non ea eius eſſe merita, vt conuicto tanti ſceleris ſit parcendum: ſed atrociſſimum potius ſupplicium, vel exempli cauſa, infligendum: præſertim cum clementia & periculoſa & pernicioſa futura ſit reipublicæ, & ipſe ſeſe capitis condemnarit: id quod vel innocentiæ eius, vel magnæ temeritatis (quæ vix in Demoſthenem cadit) argumentum haberi poteſt. Status coniecturalis eſt. Intentio accuſatoris: Demoſthenem, cum cœperit munera contra rempublicam, eſſe condemnandum. Depulſio rei: Se non cepiſſe munera. Iudicatio: An munera cœperit Demoſthenes? Accuſator igitur præcipuè nititur indicio ſenatus Areopagitici, vt dictum eſt, cuius grauiſſima habebatur autoritas. Demoſthenes autem eandem eleuat, ac conſpiratione inimicorum ſe oppreſſum eſſe conqueritur. De rei veritate ambigitur. Nam Plutarchus accuſatoribus, Pauſanias Demoſtheni aſſentitur. etſi mihi quidem verior videtur Pauſanias, qui ſuæ ſententiæ non aſpernandum argumentum profert, cum Plutarchus præceptam vulgi, ſæpe temerè, ſæpe malignè iudicantis opinionem, & ſcurrilia æmulorum eius & inimicorum dicteria ſequatur. Sed præſtat ipſius Pauſaniæ iudicium adſcribere, quòd huiuſmodi ferè eſt. Intra Fani-

Pauſanias de Demoſthene.

## ΙΕΡΟΝΥΜΟΥ ΒΟΛΦΙΟΥ ΥΠΟΘΕσις εἰς τὸν Δεινάρχου κατὰ Δημοσθένους λόγον.

Τὴν μὲν γενομένην Δημοσθένει τῆς τε καταδίκης καὶ τῆς διὰ ταύτην φυγῆς πρόφασιν, ἐν τῇ τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν ὑποθέσει ἐκ τῶν παρὰ Πλουτάρχῳ παρεθέμην. Νυνὶ δὲ Στρατοκλέους τινὸς κατηγορήσαντος αὐτοῦ, ὡς εἴκοσι χρυσίου τάλαντα παρ' Ἁρπάλου λαβόντος, Δείναρχος (ὅν τινες τὸν κρίθινον Δημοσθένην ἐκάλουν) τόνδε τὸν λόγον εἴθ' ἑτέρῳ τῳ ἔγραψεν (ὥς φησι Πλούταρχος) *εἴτ' αὐτὸς ἔλεξε, κατήγορος ὑπὸ τοῦ δήμου προβληθεὶς, καὶ ἐπαγωνιζόμενος ἐκείνῳ· δυσὶ δ' ἐν τοῖς μάλιστα φαίνεται ἰσχυριζόμενος. ἑνὶ μὲν, ὅτι διὰ τὰς Δημοσθένους βλασφημίας οὐ δεῖ ἄπιστον ἡγεῖσθαι τὴν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ἀπόφανσιν· ἑτέρῳ δὲ, ὅτι Δημοσθένους ἐξεληλεγμένου δῶρα λαβεῖν κατὰ τῆς πόλεως, οὐχὶ τοιαῦταί εἰσιν αἱ πράξεις, ὥστε ἐπὶ τηλικούτῳ τὸ μέγεθος ἀδικήματι ἁλόντα συγγνώμης τυγχάνειν· μᾶλλον δὲ εἰς ἑτέρων κατάπληξιν, τῆς μεγίστης τιμωρίας ἄξιον εἶναι αὐτὸν προσήκει· ἄλλως τε περὶ τὰ τοιαῦτα πρᾳότητος ἐπικινδύνου τε καὶ ὀλεθρίας τῇ πόλει γενησομένης· καὶ αὐτοῦ δὲ ἐκείνου, θανάτου τετιμημένου ἑαυτοῦ. ὅπερ, εἰ ὡς ἀληθῶς πέπρακται, μέγα μοι τεκμήριον εἶναι δοκεῖ τοῦ ἢ ἀθῷον γενέσθαι τὸν ἄνδρα, ἢ καθ' ὑπερβολὴν παράβολον, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτ' ἀλλότριον ἂν τοῦ Δημοσθένους εἶναι τρόπου δόξειεν εἰκότως. ἡ μὲν οὖν στάσις τοῦ λόγου στοχαστική, καὶ ἡ τοῦ κατηγόρου πρότασις, ὅτι ἑαλωκέναι Δημοσθένην προσήκει, δῶρα λαβόντα κατὰ τῆς πόλεως· ἡ δὲ τοῦ φεύγοντος ἀπόφασις, ὅτι οὐκ εἴληφα δῶρα. τὸ δὲ κρινόμενον, πότερον ἔλαβε δῶρα Δημοσθένης ἢ μή; ἰσχυρίζεται δὲ ὡς προειρημένον, ὁ διώκων ἐν τοῖς μάλιστα τῇ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς ἀποφάνσει, τῆς μέγιστον παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἀξίωμα λαβούσης, ὁ δὲ Δημοσθένης ταύτην μὲν διασύρων ἐκφαυλίζει· ὅτι δὲ διὰ συσκευῆς τινὸς τῶν ἀντιπολιτευομένων συκοφαντεῖται μεμψιμοιρεῖ· τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς ἄδηλον. ὁ μὲν γὰρ Πλούταρχος τοῖς κατηγόροις συνιστάμενος φαίνεται. Παυσανίας δὲ τῷ Δημοσθένει· κἀμοί γε δοκεῖν, πιστότερα ἐστι τὰ Παυσανίου, τοῦ τῆς καθ' ἑαυτὸν δόξης ἔλεγχον προφέροντος οὐ τὸν τυχόντα. Πλούταρχος δὲ τῇ προκατειλημμένῃ τῶν πολλῶν δόξῃ, τῶν τὰ μὲν ἀφρόνως, τὰ δὲ κακοήθως κρινόντων, καὶ τοῖς τῶν βασκαινόντων καὶ ἐχθρῶν σκώμμασι καὶ βωμολοχίαις ἑπόμενος φαίνεται. ἄμεινον δ' ἴσως τὴν αὐτοῦ Παυσανίου παραγράφειν ἐπίκρισιν, ὅς τις ὧδέ πως κατὰ λέξιν φη-

σὶν

ὄν· τοῦ περιβόλου δὲ ἐντὸς, καὶ τὸ Δημοσθένους μνῆμά ἐστι. καί μοι τὸ δαιμόνιον δεῖξαι μάλιστα ἐπὶ τούτου δοκεῖ, καὶ Ὁμήρου πρότερον, ὡς εἴη βάσκανον· εἰ δὴ Ὅμηρον μὲν προδιεφθαρμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τοσούτῳ κακῷ κακὸν δεύτερον πενίᾳ πιέζουσα, ἐπὶ πᾶσαν γῆν πτωχεύοντα ἦγε. Δημοσθένει δὲ φυγῆς τὸ συνέπεσεν ἐν γήρᾳ λαβεῖν πεῖραν, καὶ ὁ θάνατος ἐγένετο αὐτῷ βίαιος. εἴρηται μὲν οὖν περὶ αὐτοῦ καὶ ἄλλοις, καὶ αὐτῷ Δημοσθένει πλεῖστα, ἦ μὴν τῶν χρημάτων ἃ ἐκ τῆς Ἀσίας ἤγαγεν Ἅρπαλος, μὴ μεταλαβεῖν αὐτόν· τὸ δὲ ὕστερον λεχθὲν, ἐπέξειμι ὁποῖον ἐγένετο. Ἅρπαλος μὲν ὡς ἐξ Ἀθηνῶν ἀπέδρα, διαβὰς ναυσὶν ἐς Κρήτην, οὐ πολὺ ὕστερον, ὑπὸ τῶν θεραπευόντων ἀπέθανεν οἰκετῶν. οἱ δὲ ὑπὸ ἀνδρὸς Μακεδόνος Παυσανίου δολοφονηθῆναί φασιν αὐτόν, τὸν δέ οἱ τῶν χρημάτων διοικητὴν φυγόντα ἐς Ῥόδον, Φιλόξενος Μακεδὼν συνέλαβεν· ὃς καὶ αὐτὸν παρὰ Ἀθηναίων ἐξῄτησεν Ἅρπαλον. τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἔχων, ἤλεγχεν ἐς ὃ πάντα ἐπύθετο, ὅσοι τῶν Ἁρπάλου τι ἔτυχον εἰληφότες. μαθὼν δὲ, ἐς Ἀθήνας γράμματα ἀπέσταλκεν. ἐν τούτοις τοῖς γράμμασι τοὺς λαβόντας παρ' Ἁρπάλου καταριθμῶν καὶ αὐτοὺς, καὶ ὁπόσον αὐτῶν ἔλαβεν ἕκαστος, οὐδὲ ἐμνημόνευσεν ἀρχὴν Δημοσθένους, Ἀλεξάνδρῳ τε ἐς τὰ μάλιστα ἀπηχθανομένου, καὶ αὐτὸς ἰδίᾳ προσκρούσας. Δημοσθένει μὲν οὖν τιμαὶ καὶ ἑτέρωθι τῆς Ἑλλάδος, καὶ παρὰ τῶν Καλαυρείας εἰσὶν οἰκητόρων. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς Κορινθιακοῖς· ἐν δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ὁ αὐτὸς οὕτως τουτονὶ τὸν τρόπον ἐμνημόνευσεν αὐτοῦ. ἐνταῦθά φησιν, ἐστὶ καὶ Δημοσθένης χαλκοῦς· ὃν ἐς Καλαυρείαν Ἀθηναῖοι τὴν πρὸ Τροιζῆνος νῆσον, ἠνάγκασαν ἀποχωρῆσαι. δεξάμενοι δ' ὕστερον, διώκουσιν αὖθις μετὰ τὴν ἐν Λαμίᾳ πληγήν. Δημοσθένης δὲ ὡς τὸ δεύτερον ἔφυγε, περαιοῦται, καὶ τότε εἰς τὴν Καλαυρείαν. ἔνθα δὴ πιὼν φάρμακον ἐτελεύτησε. καὶ μετ' οὐ πολὺ Δημοσθένει μὲν ἡ πρὸς Ἀθηναίους ἄγαν εὔνοια εἰς τοῦτο ἐχώρησεν· εὖ δέ μοι λελέχθαι δοκεῖ, ἄνδρα ἀφειδῶς ἐμπεσόντα εἰς πολιτείαν, καὶ πιστὰ ἡγησάμενον τὰ τοῦ δήμου μήποτε καλῶς τελευτῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν Παυσανίας, ὁ δὲ λόγος παρὼν, οἱονεὶ ἐπίλογός ἐστι τῆς προηγησαμένης κατασκευῆς, κατὰ τὸ ἐν ταῖς δευτερολογίαις γίγνεσθαι εἰωθὸς, μᾶλλόν γε ἀσχολούμενος περὶ τὸ δεινῶσαι τὸ πρᾶγμα ἢ περὶ τὸ ἀποδεῖξαι· καὶ τὸ διαβάλλειν τὴν ποιότητα τοῦ φεύγοντος. ἐπειδὴ δὲ διὰ μακροτέρων ἐπαγωνίζεσθαι μέλλει τοῖς πρότερον εἰρημένοις· κατ' ἀρχὰς προκαταληπτικῶς ἀξιοῖ μὴ δυσχεραίνειν τὴν ἀκρόασιν. προσλαμβάνειν δὲ χρῆναι τουτονὶ τὸν λόγον, καὶ προκεῖσθαι τῶν Δημοσθένους ἐπιστολῶν ᾠόμην, τοῦ, τε ταυτασὶ δὴ εὐπαρακολουθητοτέρας ἂν γενέσθαι ἕνεκα, καὶ τοῦ καταφανὲς γίγνεσθαι ὅτι οὐδὲν οὕτως ἀμέμπτως οἷόν τ' ἐστὶ διαπράξασθαι τὸ μὴ συκοφαντηθῆναι ἂν καὶ διαβληθῆναι τῷ λόγῳ δυνάμενον. ἐνταῦθα γὰρ οἱονεὶ συκοφαντικῆς πανουργίας ἐπίδειξις ἐμφανίζεσθαί μοι δοκεῖ. τοιαύτη μὲν γὰρ ἡ τῆς ζηλοτυπίας βασκανία, τοσαύτη δὲ τοῦ μίσους ἡ κακοήθεια, οὕτω πονηρὰ δὲ ἡ τοῦ παροξυμμένῳ τῷ δήμῳ καταχαρίζεσθαι σπουδὴ, ὡς οὐ διαβολὰς μόνον ψευδεῖς οὔσας συνερανίζεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὰ ὀρθότατα συμβεβουλευμένα, καὶ ὡς κάλλιστα διαπεπραγμένα ἢ ἐκφαυλίζεσθαι, ἢ ἀντιλέγεσθαι, ἢ παραλείπεσθαι, ἢ κακουργίας τινὲς μιάσματι καὶ ὑπονοίᾳ καταρυπαίνεσθαι. μαρτυρεῖ γοῦν καὶ αὐτὸς Δείναρχος ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος λόγῳ Δημοσθένει καλοκαγαθίαν, τούτοις τοῖς ῥήμασιν. καὶ Δημοσθένει μὲν οὐδεμίαν ᾤεσθε δεῖν συγγνώμην ἔχειν, ὅτι δῶρα καθ' ὑμῶν ἐξηλέγχθη λαμβάνων, ἀλλ' ἐτιμωρήσασθε καὶ δικαίως· ᾧ εἰ μὴ πάντα, ἀλλὰ πολλά γε συνίστε χρήσιμα πολιτευομένῳ. οὐ μὴν δὴ, εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰλικρινῶς εἰπεῖν, δοκεῖ μοι ταῦτα συμβῆναι Δημοσθένει κατὰ τὸν Μίνω τοῦ Κρητὸς νόμον, ἐν ᾧ φησιν. Εἴκε πάθοι τό κ' ἔρεξε· δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. ἐκεῖνος γὰρ καλῆς τε καὶ ὀρθῆς ἐν τῷ πολιτεύεσθαι ὑπὲρ τῆς πατρίδος προαιρέσεως ἀντιλαβόμενος, ὡς εἰκός. ὅμως μέντοι παντὶ τρόπῳ, εἴτε συκοφαντῶν εἴτε περιφανῶς ψευδόμενός ἐστιν ὅτε τῶν ἀντιπολιτευομένων ἐπειράθη περιγενέσθαι· κατὰ τοῦτό γε πολλάκις καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως λυμηνάμενος. ὡς δὲ ἡ τοιαύτη δεινότης πρέπουσά ἐστιν ἀνθρώπῳ, ῥήτορι φάσκοντι εἶναι, ὅν φασιν ἄνδρα ὑπάρχειν καλὸν κἀγαθὸν, ἐπιστήμονα ὄντα τοῦ λέγειν· σκεπτέον ἂν εἴη τοῖς ταῖς τε ψευδολογίαις καὶ ταῖς ἀπάταις ἡδομένοις· ἐγὼ δὲ, ἀναμφισβητήτου ὄντος ὅτι ἡ γλῶσσα τῷ ἀνθρώπῳ τῆς πολιτικῆς χάριν ἐδόθη κοινωνίας· ἀξίους ἂν κρίνοιμι τοὺς τοιούτους ἐξορισθῆναι εἰς τὰς ἐρήμους τῶν νήσων τοὺς τῇ ἐν τοῖς λόγοις δεινότητι, τῇ εἰς τὸ ἀποδεῖξαι τἀληθὲς καὶ φανερώτερον καταστῆσαι πεποισμένῃ, ἐπ' ἀπωλείᾳ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων, καὶ σωτηρίᾳ τῶν τὰ μέγιστα ἐξαμαρτόντων δεῖν

ſeptum, Demoſthenis ſepulchrum eſt, in quo mihi videtur vti in Homero multo antè, quàm inîqua bonis fortuna ſit' oſtendiſſe. Neque enim contenta oculis Homerum priuaſſe, vt priori malo aliud calamitatis genus adderet, i[illegible]pia oppreſſum, victum ſibi emendicantem, errare per omnes propè terras coegit Demoſtheni verò iam natu grandi exilij experiundi, & conſciſcendæ ſibi mortis neceſſitatem obtulit. Ac de homine quidem multa cùm ab aliis, tum ab ipſomet dicta ſunt: quibus aſſeueratur, eum non cepiſſe vllam eius pecuniæ partem, quam ex Aſia attulerat Harpalus. Sed hoc quod poſterius dixi, hoc loco commemorabo. Harpalus Athenis fugiens, cum in Cretam claſſe traiecíſſet, a ſeruis, quorum opera vtebatur, occiſus eſt. Sunt tamen qui dicant, Pauſaniæ Macedonis eum dolo interfectum, quo tempore eius diſpenſatorem Rhodum fugientem, Philoxenus item Macedo comprehendit: is nempe, qui & Harpalum ab Athenienſibus ſibi dedi poſtularat. Habita itaque quæſtione de iis omnibus, qui ab Harpalo pecuniam cepiſſent, eorum omnium nomina in iis literis, quas ea de re ad Athenienſes dedit, percenſuit, quantúmque ſinguli accepiſſent. Demoſthenis tamen, etſi fuerat Alexander in eum animo offenſiſſimo, & Philoxenus ipſe priuatim cum illo ſimultates exercuerat, nullam prorſus mentionem fecit. Honores certe Demoſtheni adhuc, & in aliis Græciæ partibus, & apud Calaureæ incolas habentur. Hæc in Corinthiacis, in Atticis porrò idem huiuſmodi eius mentionem facit. Ibi Demoſthenes etiam ex ære eſt, quem in Calauream, inſulam Trœzeni obuerſam, Athenienſes exilij cauſa concedere coegerunt: reuocatúmque paulo poſt, iterum poſt Lamiacam cladem in exilium miſerunt. Quo tempore in eandem inſulam reuerſus, hauſto veneno interiit, &c. & paulo pòſt: Huc igitur Demoſthenis nimius in patriam amor euaſit. Quo mihi illud præclarè dictum videtur, hominem nimis reipublicæ adminiſtrationi deditum, & populari aura fidentem haud vnquam feliciter diem extremum claudere. Hactenus Pauſanias. Hæc oratio quaſi epilogus eſt antegreſſæ confirmationis, vt in ſecundo loco habitis orationibus fieri conſueuit, magis exaggerando quàm probando crimine occupata, perſonáque rei criminanda. Sed quia prolixius eandem cauſam acturus eſt, initio deprecatur occupatione audiendi moleſtiam. Adiungendam autem hanc orationem & præponendam epiſtolis Demoſthenis eò cenſui, vt & hæ facilius intelligerentur: & appareret, nihil eſſe tam rectè factum, quin malè narrando poſſit deprauari. Hic enim quaſi artificium quoddam calumniandi expreſſum mihi videtur. Nam talis eſt æmulationis inuidia, tanta odij maleuolentia, tam peruerſum concitato populo gratificandi ſtudium, vt non modò falſæ criminationes congerantur, ſed & rectiſſima conſilia, & honeſtiſſimæ actiones, vel eleuentur, vel negentur, vel prætereantur, vel aliqua ſceleris labe ac ſuſpicione contaminentur. Ipſe quidem certè Dinarchus in oratione contra Ariſtogitonem teſtatur, Demoſthenem fuiſſe bonum virum, his verbis: Ac Demoſtheni veniæ nihil eſſe dandum cenſuiſtis, quòd acceptorum contra vos munerum conuictus eſſet, ſed pœnam irrogaſtis, idque merito: quem ſi non omnia, at pleraque negocia ex vſu reipublicæ adminiſtraſſe, ſcitis ipſi. Sed tamen ſi vera fatenda ſunt, affectibus ſepoſitis: videtur hoc Demoſtheni lege quadam talionis accidiſſe. Etſi enim is in tuenda republica rectum & honeſtum inſtitutum tenuiſſe credi poteſt: tamen quouis modo, etiam per calumniam & manifeſtum mendacium aliquando aduerſarios euertere ſtuduit: eáque ratione ſæpe etiam reipublicæ incommodauit. Quæ artes quàm oratorem deceant, quem bonum virum dicendi peritum definiunt, iſti viderint, qui mendaciis & impoſturis delectantur. Ego verò, cùm linguam homini propter ciuium conſociationem datam eſſe conſtet: id genus hominum breuibus Gyaris dignum exiſtimo, qui facultatem dicendi, ad proferendam & illuſtrandam veritatem comparatam, ad innocentiæ perniciem & ſcelerum

Dinarchus de Demoſthene.

defenſionem conuertunt:quod perinde eſt ac ſi accenſa candela oculos,quibus illa ſeruire debet, exurerent, aut pugiones contra magiſtratus vltionem ſicariis offerrent. Sed videmus tantam extitiſſe naturæ humanæ deprauationem, vt optimæ quæque ac præſtantiſſimæ res ad peſſimos vſus conferantur.Pleriq; autem oratores iis ingeniis ſunt, vt plurimùm indulgeant odio, inuidiæ, ambitioni, auaritiæ falſæ populi ſuorumq; gregalium gratiæ,cum interitu rerum publicarum, & multis priuatorum etiam hominnm calamitatibus. Quod cum animaduertiſſent Romani imperatores: iuriſprudentiã eloquentiæ prætulerunt, ac iuſticiæ ſacerdotes in eorum locum, quibus lingua vænalis eſſet,ſuccedere voluerunt:cõſilio fortaſſe non malo,ſed euentu æque facili, vt res ipſa declarat.Quum igitur ab omni ætate accidiſſe videamus,vt ſurſum deorſum miſcerentur omnia:nos quoque abuſum eloquentię intelligere.& verũ eius vſum,contra improborũ magiſtrorum conſuetudinem, amplecti debemus, idq; cum omnibus aliis faciendum eſt,tum verò Theologis qui vulgo etiam contentionis cupidiores quàm veritatis perhibentur,& magis elaborare,vt calumniis aduerſarios de forment, quàm vt ſeſe doctrinæ puritate & vitæ integritate commendent, aut ſuos auditores ad corrigendas falſas opiniones& morum prauitatem emendandam prudenter inſtruant,& totis eloquentiæ viribus cohortentur. Sed quid hæc ad Demoſthenem,aut Dinarchũ? aiat aliquis.

# DINARCHI CONTRA DEMOSTHENEM ORATIO, XVIII.Hieronymo Vvolſio interprete.

Occupatione deprecatur eiuſdem rei ſæpius audiendæ moleſtiã.

ISTE quidem magiſtratus veſter, Athenienſes,cùm ipſe capitis ſeſe condemnarit, ſi quicquam ab Harpalo accepiſſe conuinceretur: adeò manifeſtè conuictus eſt acceptorum ab iis munerum,quibus ſe hactenus aduerſari eſt profeſſus.Cùm autem Stratocles multa verba fecerit, & pleraque crimina iam occupata ſint,ac ſenatus Areopagiticus ipſius indicij æquas & veras rationes attulerit:de iis verò quæ reſtabant, Stratocles ſit locutus:& decreta iam quæ ad rem pertinebant, recitarit:relinquitur vobis,Athenienſes(tantam pręſertim cauſam agentibus,quanta nulla vnquam oblata eſt reipublicæ) vti vos ex æquo omnes hortemur,primùm vt vobis reliquis veniam detis, ſi fortè in quædam ab aliis allata in medium, inciderimus,

Exhortatio iudicũ ab hominum expectatione, ipſorúmque officio.

(Nec enim eò repetemus eadem, vti vos obtundamus:ſed maiorem iracundiam concitemini.) Deinde ne commune ius totius ciuitatis negligatis:nec ſalutem publicam cum Rei eloquentia commutetis.Illud enim videtis, Athenienſes,apud vos quidem de Demoſthene fieri iudicium: apud alios autem de vobis: qui obſeruant, quemadmodum patriæ commodis ſtudeatis: atque vtrum priuatas iſtorum ſordes & improbitatem in vos recipiatis:an verò mortalibus omnibus declaraturi ſitis veſtrũ in eos odiũ, qui largitionibus, in reipublicæ fraudem,corrumpũtur:neque vos inquiſitionem iſtam ſenatui Areopagitico mandaſſe ,vt delatos abſolueretis: ſed, vt eius indicio cognito,vos illos,vt eorũ facinora merentur, vlciſceremini, id quod nunc vobis in manu eſt. Nã cum iuſtum plebiſcitum factum ſit, omnéſq; ciues, inueſtigare cupiant, quínam oratores iſti ſint, qui cũ ignominia & periculo reipublicę pecuniam ab Harpalo accipere non dubitarint: prætereáque tu ipſe Demoſthenes,ac multi alij decreto hac de re inquiri iuſſeritis à ſenatu: inſtituto maiorum, num qui

A οἰομένοις καταχρήσασθαι. παράμοιον γὰρ ποιοῦσιν, οὗτοι ὥσπερ ἂν εἴ τις λύχνον ἅψας τοῦ ὠφελῆσαι ἕνεκα, τούτῳ τὰς ὄψεις καίειν ἐπιχειρῇ, ἢ ξιφίδια τοῖς ἀνδροφόνοις τοῦ ἐκφυγεῖν αὐτοὺς ἕνεκα τὰς παρὰ τῶν ἀρχόντων τιμωρίας παραδιδῷ· ἀλλὰ γὰρ ὁρῶμεν ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον πονηρίας ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις μεταπεσοῦσα τυγχάνει, ὥστε τὰ κάλλιστά τε πάντα καὶ ἄριστα τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖς πονηροτάτοις ἐγχειρήμασι παραλαμβάνεσθαι. οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ῥητόρων τοιοῦτοι τὰς φύσεις εἰσὶν οἷοι τὰ πολλὰ ἐπιτρέπειν τῷ τε φθόνῳ, καὶ τῇ δυσμενείᾳ, καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ, καὶ τῇ αἰσχροκερδείᾳ καὶ τῇ ψευδωνύμῳ θεραπείᾳ τοῦ δήμου τε καὶ τῶν διασωτῶν· ὅθεν γε καὶ τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, καὶ δὴ πολλοῖς καὶ τῶν ἰδιωτῶν ταῖς δυστυχίαις περιπίπτειν συμβαίνει. ἅπερ οἱ τῶν ῥωμαίων αὐτοκράτορες κατανοήσαντες, τὴν τῶν νόμων ἀκρίβειαν τῆς τῶν λόγων δυνάμεως προτετιμηκότες φαίνονται, καὶ τοὺς λεγομένους τῆς δικαιοσύνης ἱερέας ἀντὶ τῶν ὠνίᾳ χρωμένων τῇ γλώττῃ ἀντικαταστήσαντες· οὐ φαύλως ἴσως βεβουλευμένοι, ἀποτυχόντες δὲ καὶ αὐτοὶ ὅσον αὐτὸ ἔδειξε τὸ πρᾶγμα, τῆς προαιρέσεως. τοιγαροῦν ἡμᾶς χρή, γιγνώσκοντας ὅτι διὰ παντὸς τὰ πάντα κάτω καὶ ἄνω στρέφεται, τὰ μὲν παραχαραττόμενα περὶ τοὺς λόγους ἐκ ἀγνοεῖν, τὴν δὲ ὀρθὴν τούτων χρῆσιν, ὥσπερ τοὐναντίον B οἱ πονηροὶ τῶν διδασκάλων ἐπετήδευσαν, ἀσπάζεσθαι. Προσήκει μὲν οὖν τοῦτο ἅπαντας μὲν τοὺς ὅλως φαίνεσθαι προαιρουμένους, οὐχ ἥκιστα δὲ τοὺς θεολόγους εἶναι φάσκοντας· καὶ σχεδόν τι παρὰ τοῖς πολλοῖς ὑπολαμβανομένους τε καὶ λεγομένους, ὡς σπουδάζουσι μᾶλλον περὶ τὴν φιλονεικίαν, ἢ τὴν φιλαλήθειαν· καὶ προυργιαίτερον ποιοῦνται τὸ προπηλακίζειν τοὺς ἀντιλέγοντας, ἢ τὸ αὐτοὶ διά τε τἀκριβὲς τῆς διδασκαλίας, καὶ τὴν τῆς ἀναστροφῆς καλοκαγαθίαν, ὑπολήψεως ἐπιεικεστέρας τυγχάνειν· καὶ τὰ ψευδῆ τῶν δογμάτων ἐκ τῶν ψυχῶν τῶν ἀκροατῶν καθελεῖν καὶ διδάσκειν, τίνα τρόπον βελτίους ἂν γένοιντο. Ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα πρὸς δημοσθένην ἢ δείναρχον; φαίη τις ἂν δικαίως.

# ΔΕΙΝΑΡΧΟΥ ΚΑΤΑ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΛΟΓΟΣ.

ὉΜΕΝ δημαγωγὸς ὑμῖν, ὦ ἀθηναῖοι, καὶ θανάτου τετιμημένος ἑαυτῷ ἐὰν ἐξελεγχθῇ ὁποιονοῦν εἰληφὼς παρ' ἁρπάλου· οὗτος φανε-C ρῶς ἐξελήλεγκται δῶρα εἰληφὼς παρὰ τούτων, οἷς ἐναντία πράττειν ἔφη τὸν ἄλλον χρόνον. πολλῶν δ' ὑπὸ στρατοκλέους εἰρημένων καὶ τῶν πλείστων προκατειλημμένων κατηγορημάτων, καὶ περὶ μὲν αὐτῆς τῆς ἀποφάσεως, τῆς ἐξ ἀρείου πάγου βουλῆς δικαίας καὶ ἀληθεῖς ἀποδείξεις εἰρηκυίας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀκολούθων τούτοις στρατοκλέους εἰρηκότος, καὶ τὰ ψηφίσματα ἀνεγνωκότος ἤδη τὰ ἐπὶ τούτων· ὑπόλοιπον ὑμῖν, ὦ ἀθηναῖοι (καὶ ταῦτα ἀγωνιζομένοις ἀγῶνα τηλικοῦτον, ἡλίκος οὐδεπώποτε γέγονε τῇ πόλει) κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν παρακελεύεσθαι, πρῶτον μὲν ὑμῖν τοῖς λοιποῖς συγγνώμην ἔχειν, ἂν τῶν αὐτῶν ἐνίοις περιπίπτωμεν. (οὐ γὰρ ἵνα ἐνοχλῶμεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἵνα ὀργίζησθε μᾶλλον παροξυνόμενοι, δὶς ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἐροῦμεν) ἔπειτα μὴ προέσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἁπάσης δίκαια, μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ κρινομένου λόγων. ὁρᾶτε γάρ, ὦ ἀθηναῖοι, ὅτι παρὰ μὲν ὑμῖν, δημοσθένης οὑτοσὶ κρίνεται, παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις, ὑμεῖς. οἳ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἕξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων, καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε, διότι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας· καὶ οὐχ ἵν' ἀφῆτε, ζητεῖν προσετάξατε τῇ ἐξ ἀρείου πάγου βουλῇ· ἀλλ' ἵνα ἀποφηνάντων τούτων ὑμεῖς τιμωρήσησθε τῶν ἀδικημάτων ἀξίως. νυνὶ δὲ τοῦτο ἐφ' ὑμῖν ἐστι. ψηφισαμένου γὰρ τοῦ δήμου δίκαιον ψήφισμα, καὶ πάντων τῶν πολιτῶν βουλομένων εὑρεῖν τίνες εἰσὶ τῶν ῥητόρων οἱ τολμήσαντες ἐπὶ διαβολῇ καὶ κινδύνῳ τῆς πόλεως χρήματα παρὰ ἁρπάλου λαβεῖν· καὶ πρὸς τούτοις ψήφισμά τι γράψαντος, ὦ δημόσθενες, σοῦ καὶ ἑτέρων πολλῶν ζητεῖν τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν· ὡς αὐτῇ πάτριόν ἐστιν, εἴ τινες εἰλήφασι

εἰλήφασι παρὰ Ἁρπάλου χρυσίον, ζητεῖ ἡ βουλή. οὐκ ἐκ τῶν παρακλήσεων μαθοῦσα τὸ δίκαιον. οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν πίστιν τὴν περὶ αὐτῆς, ἐπὶ σοῦ καταλῦσαι βουλομένη· ἀλλ' (ὅπερ καὶ αὐτοὶ οἱ ἀρεοπαγῖται εἶπον) προεωρᾶτο ἡ βουλή, ὦ ἄνδρες, τὴν τούτων ἰσχὺν τὴν ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν. οὐκ οἰομένη δὲ δεῖν οὐδεμίαν ὑπολογίζεσθαι τῶν ἐπὶ αὐτῆς ἐσομένων βλασφημιῶν, εἴ τις μέλλοι τῇ πατρίδι αὐτῆς αἰτία μοχθηρὰ καὶ κίνδυνος ἔσεσθαι. τούτων δὲ ὡς ἐδόκει τῷ δήμῳ καλῶς καὶ συμφερόντως πεπραγμένων, αἰτίαι νῦν καὶ προκλήσεις καὶ συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους ἥκουσιν· ἐπειδὴ αὐτὸν ἀποπέφανται εἴκοσι τάλαντα ἔχων χρυσίου. καὶ ἡ τῶν ἐκ προνοίας φόνων ἀξιόπιστος οὖσα βουλὴ τὸ δίκαιον καὶ ἀληθὲς εὑρεῖν· καὶ κυρία δικάσαι τε ἐπὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἑκάστου τῶν πολιτῶν, καὶ τοῖς μὲν βιαίῳ θανάτῳ τετελευτηκόσι βοηθῆσαι. τοὺς δὲ παράνομόν τι τῶν ἐν τῇ πόλει διαπεπραγμένους ἐκβαλεῖν, ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι· νῦν ἐπὶ τοῖς κατὰ Δημοσθένους ἀποπεφασμένοις χρήμασιν, ἄκυρος ἔσται τοῦ δικαίου; καὶ κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους· τουτὶ γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος. σοῦ κατέψευσται καὶ Δημάδου; καθ' ὧν οὐδὲ τἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔοικεν, ἀσφαλές ἐστιν; οἷ πολλὰ πρότερον τῶν κοινῶν ἐκείνῃ ζητεῖν προσετάξατε, καὶ διὰ τὰς γενομένας ζητήσεις ἐπῃνέσατε· οἷς δὲ ἡ πόλις ἅπασα οὐ δύναται ἀναγκάσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, κατὰ τούτων ἡ βουλὴ ψευδεῖς ἀποφάσεις πεποίηται; ὦ Ἡράκλεις. διὰ τί οὖν ἐν τῷ δήμῳ συνεχώρεις, ὦ Δημόσθενες, ἐὰν ἀποφήνῃ κατὰ σοῦ ἡ βουλή, θάνατον ἑαυτῷ τὴν ζημίαν; καὶ διὰ τί πολλοὺς ἀνῄρηκας σὺ ταῖς τῆς βουλῆς ἰσχυριζόμενος ἀποφάσεσιν; ἢ ποῦ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος, ἢ τίσι προστάξας ζητεῖν περὶ τῶν ἀφανῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, εὑρήσει τὴν ἀλήθειαν, τὸ μὲν γὰρ συνέδριον τὸ πρότερον δοκοῦν εἶναι πιστόν, σὺ καταλύεις ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων· ᾧ τὴν τῶν σωμάτων φυλακὴν ὁ δῆμος παρακαταθήκην ἔδωκεν, ᾧ τὴν πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν πολλάκις ἐγκεχείρικεν, ὃ διαπεφύλακε τὸ σὸν σῶμα τῶν βλασφημεῖν ἐπὶ αὐτῷ μελλόντων πολλάκις, ὡς σὺ φῄς, ἐπιβουλευθὲν· ὃ φυλάττει τὰς ἀπορρήτους διαθήκας, ἐν αἷς τὰ τῆς πόλεως σωτήρια κεῖται. δίκαια μὲν οὖν δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον. εἰρήσεται γὰρ ἃ γινώσκω. δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτούς, ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀφικομένων ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος· ἵνα τότε δοὺς δίκην τοῦ θηρίου τούτου, καὶ τῶν μερισαμένων ἐκεῖνα τὰ χρήματα φανερῶν γενομένων, καὶ τῆς περὶ Θηβαίους προδοσίας ἐξελεγχθείσης, ἣν οὗτος προδέδωκεν ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ, δίκην ἀξίαν δόντος· ἤ, εἰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν, καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προσδέχεσθαι, πεῖραν ὑμῶν ἐν τοῖς πρότερον εἰληφότας· ὅπου γε οὕτω καλῶς καὶ δικαίως τῆς ἀποφάσεως τῆς κατὰ τούτου, καὶ τῶν ἄλλων νυνὶ γεγενημένης, καὶ τῆς ἐξ ἀρείου πάγου βουλῆς, οὔτε τὴν Δημοσθένους, οὔτε τὴν Δημάδου δύναμιν ὑποστειλαμένης, ἀλλὰ τὸ δίκαιον αὐτὸ καὶ τἀληθὲς προυργιαίτερον πεποιημένης· οὐδὲν ἧττον περιέρχεται Δημοσθένης, περί τε τῆς βουλῆς βλασφημῶν, καὶ ἐπὶ ἑαυτοῦ λέγων, οἷς περιεστὼς καὶ πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα χρήσεται λόγοις, ἐξαπατῶν ὑμᾶς, ὡς ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους. οὐκ. ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσιν, ὦ Δημόσθενες. ἐγὼ παρέταξα πάντας εἰς Χαιρώνειαν. οὐκ. ἀλλὰ ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν. ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας. ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ,τι ποτ' ἂν ἐποίει, ἢ τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ ἃ συνεβούλευσεν· ὃς ἐπὶ τοῖς

A aurum ab Harpalo acceperint, inquirit ſenatus. Neque verò is ex iſtis cohortationibus, ius illud didicit: neque veritatem & fidem ſuam in tua cauſa perdere voluit: ſed (vt & ipſi Areopagitæ dixerunt) eò, quòd ſenatus, iſtorum, cùm verbis faciendis, tum rebus gerendis, potentiam proſpexit: neque committendum cenſuit, vt vllius contra ſe iaciendi maledicti metu, patriæ ſuæ vllum crimen aut periculũ crearetur. Hęc cum populi iudicio rectè atque vtiliter acta eſſent: nunc querelæ & prouocationes atq; calumniæ à Demoſthene afferuntur: poſteaquam indicatum eſt, eum viginti auri talenta accepiſſe. Is ergo ſenatus, cuius grauis eſt autoritas in verè peruestigandis & rectè diiudicandis cædibus conſultò factis: qui poteſtatem habet, cùm de corpore & vita cuiuſque ciuis pronunciandi, tum violenta morte peremptis opitulandi: eos autem qui aliquid interdictum legibus in vrbe commiſerunt, vel eiiciendi, vel capite plectendi: is ergo nunc indicio de pecunia contra Demoſthenem facto, ius ſuum atque autoritatem amittet? Quid ni? falſo enim præiudicio ſenatus Demoſthenem oppreſſit. Et quid addi queat ad iſtam impudentiam? Te ſcilicet ac Demadem mendacio oppreſſit, in quos, vt res declarat, nec vera dicere tutum eſt? qui prius multa publica negotia ei inquirenda mandaſtis: factáſque inquiſitiones laudaſtis? & quos vniuerſa ciuitas cogere nõ poteſt, vt ea quæ æqua ſunt, faciant, contra eos ſenatus falſum indicium fecit? O Iupiter. Cur ergo in concione capite dare pœnas non recuſabas Demoſthenes, ſi te ſenatus detuliſſet? Cur tu multos ſuſtuliſti indiciis ſenatus nitens? Quò ſe nunc populus conuertat, aut quib. inquiſitionem obſcurorum & magnorum facinorum mandet ad comperiendã veritatem? Nam id concilium quod prius fide dignum habitum eſt, tu qui te popularẽ perhiberi poſtulas, euertis: cuius fidei populus vitam ciuiũ commiſit: cui rempublicam & libertatem ſæpe cuſtodiendam tradidit: quod tuum corpus, vt ſe nunc cõuiciis inceſſeres ſcilicet, defendit, ſæpe, vt tu ais, inſidiis appetitum: quod arcana pacta conſeruat, in quibus ſita eſt ſalus reipublicæ. At iure hoc, iure quodammodo accidit concilio. Nec enim diſſimulabo ſentẽtiam meam. Decuit enim eos, aut prius de trecentis talentis à rege Perſarum allatis, inquirere, quemadmodum populus conſtituerat: vt tum iſta bellua ſupplicio affecta, & iis qui pecuniam illam partiti erant, cognitis, & proditione, qua Thebanos iſte perdidit, in lucem probata, iſto populi duce liberati eſſemus, pro merito mulctato: aut, ſi vos iſta condonare Demoſtheni voluiſſetis, quò multi in vrbe exiſterent, qui contra vos munera caperent, hanc indicatæ iam pecuniæ inquiſitionem non ſuſcipere, vt qui prius, quibus animis eſſetis, periculum feciſſent. Quippe cum indicio nunc adeò rectè & iuſtè contra iſtum & cæteros facto, ſenatus Areopagiticus neque Demoſthenis neq; Demadis opes formidarit: ſed maiorẽ æquitatis & veritatis rationem habuerit: nihilominus Demoſthenes circumeat, & ſenatum inſectans, & ſemetipſum iactans iis verbis, quibus ſtatim inſolenter apud vos vtetur decipiendi gratia, cùm ſe effeciſſe dicet, vt Thebani ſocietatem vobiſcum inirent. Non, ſed id quod æquè ciuitati vtrique expediebat tu corrupiſti Demoſthenes. Se omnes ad Chæroneam in aciem eduxiſſe. Non, ſed ſolus illic acie exceſſiſti. Se multas pro vobis legationes obiiſſe. quibus elatus, equidem neſcio quid egiſſet, aut quæ verba feciſſet, ſi conſilia eius ſucceſſum habuiſſent, qui ad tales

Reſutatio, ſenatui potius quàm Demoſthe ni credendum eſſe.

Accuſat ſenatus lenitatem, ad remouendam calũniæ ſuſpicionem.

Eleuatio meritorũ Demoſthenis.

calamitates & tanta mala conflanda totum orbem terrarum peragrarit? Et tamen præmia ſibi maxima decerni poſtulat, vt & in patriæ fraudem munera capiat, & contra populum quiduis & dicat & faciat impunè. Ac Timotheo quidem, qui Peloponneſum claſſe circumuectus eſt: qui Lacedæmonios nauali ad Corcyrā prælio ſuperauit: qui Cononis filius fuit, à quo Græcis libertas reſtituta eſt, à quo capta Samus, Methone, Pydna, Potidæa: & prçter has aliæ vigīti vrbes: nihil apud vos iſta profuerunt: neque talia beneficia cum iudicio tum cōſtituto, & iureiurando, quo dato ſuffragia ferebatis, commutaſtis: ſed centum talentis mulctaſtis: quòd ipſe fatebatur, ſe à Chiis & Rhodiis pecuniam accepiſſe: impurum autem iſtum Scytham (nec enim temperare mihi queo) quem non vnus vir, ſed totus ex Areopago ſenatus, facta inquiſitione, pecuniam contra vos habere indicauit: quem eſſe mercenarium & captatorem munerum contra rempublicam declarauit, & harum rerum conuicit: eum non vlciſcemini? in eum exempla nō edetis? quem nō modò regium aurum accepiſſe conſtat: ſed rem publicam eſſe depeculatum, & nunc ne ab Harpalo quidem allata pecunia abſtinuiſſe? Enimuero quam meritorum Timothei partem conſtituunt Demoſthenis legationes Thebis obitæ? aut quis non derideat vos, qui audire iſta non grauemini, ſi conferat eas actiones, quibus iſte gloriatur, cum Timothei & Cononis beneficiis? Sed non decet cum quiſquiliis iſtis eos comparari, qui res pro vobis & republica noſtra & maiorib. dignas geſſerūt. Quare ſenatuſconſulto de Timotheo exhibito, reuertar ad orationem de iſto inſtitutā. Recita. Senatuſconſultum. Talis fuit ille ciuis, Demoſthenes, qui iure & veniam & gratiam inueniſſet à ſuis ciuibus: qui non dictis, ſed factis multa officia reipublicæ præſtitit: qui idem ſemper inſtitutum vſque ad obitum tenuit: non vt tu crebris mutationibus cœlum terræ miſcuit: neq; tantas remunerationes à populo flagitauit, vt ſuperior eſſet legibus: neq; poſtulauit, vt qui iurarunt ſe ex legibus pronunciaturos, peierarent: ſed & condemnari voluit, ſi iudicib. viſum eſſet. qui nō excuſationes temporū attulit: neq; aliud ſenſit, aliud pro concione dixit. Nō occidetis, Athenienſes, ſceleratum iſtum hominem, qui præter alia multa & magna peccata, etiam Thebanorū vrbem euerti paſſus eſt, cum à rege Perſarum trecēta talenta ad eorum cōſeruationē accepiſſet? Nam cum Arcades in Iſthmum veniſſent, atq; Antipatri legatos re infecta dimiſiſſent: & infeliciū Thebanorum admiſiſſent, qui mari ægrè ad eos peruenerant ſupplices, & caduceos oleaginos, vt aiebāt: geſtantes: dicturi apud Arcades: Thebanos non eo animo res nouas moliri, quòd Græcorū amicitiā deſertam vellent, aut Græcis aduerſaturi eſſent: ſed quòd Macedonū in ſuam vrbem violētiam diutius tolerare nō poſſent, neq; perpeti ſeruitutem & contumelias, quas hominib. ingenuis fieri viderēt. Quibus cum opē ferre Arcades parati eſsēt, adducti miſericordia malorum quæ audierant ac declaraſſent, ſe corporibus Alexandrum propter tempora ſequi coactos, voluntatib. autem cum Thebanis & Græcorum libertate fuiſſe coniunctos: eorúmque dux Aſtylus vænalis eſſet, vt & Stratocles narrauit, & decē talenta poſtularet ob adducenda Thebanis auxilia, ac legati ad iſtum veniſſent, quem aurum regium habere ſcirent: & orarent atque obteſtarētur,

Exempla ſeueritatis iudicum in claros viros.

Contentio actorum Demoſthenis & Timothei.

Criminatur Demoſthenē excidij Thebanorum.

A τοιούτοις ἀτυχήμασι, καὶ κακοῖς ἅπασαν ἐπεληλυθὼς τὴν οἰκουμένην· ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας, λαμβάνειν δῶρα κατὰ τῆς πατρίδος, καὶ λέγειν καὶ πράττειν κατὰ τοῦ δήμου, ἃ ἂν βούληται. καὶ Τιμοθέῳ μὲν, ὦ Ἀθηναῖοι, Πελοπόννησον περιπλεύσαντι, καὶ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν νικήσαντι Λακεδαιμονίους, καὶ Κόνωνος υἱεῖ, τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσαντος, καὶ Σάμον λαβόντος, καὶ Μεθώνην, καὶ Πύδναν, καὶ Ποτίδαιαν, καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας εἴκοσι πόλεις, οὐκ ἐποιήσασθε ὑπόλογον οὐδὲ τῆς τότε ἐνεστώσης κρίσεως, οὐδὲ τῶν ὅρκων, οὓς ὀμωμοκότες ἐφέρετε τὴν ψῆφον, ἀντικατηλλάξασθε τὰς τοιαύτας εὐεργεσίας· ἀλλ᾽ ἑκατὸν ταλάντων ἐτιμήσατε. ὅτι χρήματ᾽ αὐτὸς ἔφη παρὰ Χίων εἰληφέναι, καὶ Ῥοδίων. τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην (ἐξάγομαι γὰρ) ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ, ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποπέφανται, χρήματα ἔχειν καθ᾽ ὑμῶν· καὶ ὃς ἀποπέφανται μισθαρνῶν καὶ δωροδοκῶν κατὰ τῆς πόλεως· καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται· τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις; ὃς οὐκ ἐκ τῶν βασιλικῶν μόνον εἰληφὼς χρυσίον φανερός ἐστιν· ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως κεχρηματισμένος· ὁ νῦν οὐδὲ τῶν ὑπὸ Ἁρπάλου κομισθέντων χρημάτων εἰς τὴν πόλιν ἀποσχόμενος· καί τοι τί μέρος ἐστὶ τῶν ὑπὸ B Τιμοθέου πεπραγμένων ἀγαθῶν, ἃς Δημοσθένης ἐπρέσβευσεν εἰς Θήβας πρεσβείας; ἢ τίς οὐκ ἂν καταγελάσειεν ὑμῶν, τῶν τοῦτο τολμώντων ἀκούειν, ἀντιθεὶς, ἐφ᾽ αἷς οὗτος σεμνύνεται πράξεσιν, ἐκείνας ἃς Τιμόθεος ὑμᾶς καὶ Κόνων εὐηργέτησαν; ἀλλὰ γὰρ οὐ πρὸς τοῦτο τὸ κάθαρμα παραβάλλειν δεῖ, τοὺς ἄξια καὶ τῆς πόλεως, καὶ τῶν προγόνων τῶν ὑφ᾽ ὑμῶν πράξαντας· παρασχόμενος οὖν τὸ ψήφισμα τὸ Τιμοθέῳ γενόμενον, πάλιν περὶ τοὺς ἐπὶ τούτου λόγοις βαδιοῦμαι. λέγε. ψήφισμα. Ὁ τοιοῦτος, ὦ Δημόσθενες, πολίτης, ὃς δικαίως ἂν καὶ συγγνώμης καὶ χάριτος ἐτύγχανε παρὰ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις συμπολιτευομένων· οὐ λόγοις, ἀλλ᾽ ἔργοις μεγάλα* τῇ πόλει ἀγαθὰ ποιήσας· καὶ διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας· καὶ οὐκ ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλόμενος ὥσπερ σὺ, ἐτελεύτησεν· οὐ τηλικαύτας τὸν δῆμον αἰτήσας δωρεὰς, ὥστε τῶν νόμων εἶναι κρείττων· οὐδ᾽ οἰόμενος δεῖν τοὺς ὀμωμοκότας κατὰ τοὺς νόμους οἴσειν τὴν ψῆφον, ἐπιορκεῖν, ἀλλ᾽ ὑπομένων κατακρίνεσθαι, εἰ δόξειε τοῖς δικασταῖς* καὶ οὐ καιροὺς λέγων, οὐδ᾽ ἕτερα φρονῶν καὶ δημηγορῶν. οὐκ ἀποκτενεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μιαρὸν τοῦτον ἄνθρωπον, ὃς πρὸς ἑτέροις C πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἁμαρτήμασι, καὶ τὴν Θηβαίων πόλιν περιεῖδεν ἀνάστατον γενομένην, τριακόσια τάλαντα λαβὼν, εἰς τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως. καὶ Ἀρκάδων ἡκόντων εἰς Ἰσθμὸν· καὶ τὴν μὲν παρὰ Ἀντιπάτρου πρεσβείαν, ἄπρακτον ἀποστειλάντων· τὴν δὲ παρὰ Θηβαίων τῶν ταλαιπώρων προσδεξαμένων· οἳ κατὰ θάλατταν μόλις ἀφίκοντο πρὸς ἐκείνους ἱκετηρίαν ἔχοντες, καὶ κηρύκια συμπεπλεγμένα, ὡς ἔφασαν, ἐκ τῶν θαλλῶν· ἐροῦντες τοῖς Ἀρκάσιν· ὅτι οὐ τὴν πρὸς Ἕλληνας φιλίαν Θηβαῖοι διαλῦσαι βουλόμενοι, τοῖς πράγμασιν ἐπανέστησαν, οὐδ᾽ ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων οὐδὲν πράξοντες. ἀλλὰ τὰ παρ᾽ αὐτοῖς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐν τῇ πόλει γενόμενα φέρειν οὐκέτι δυνάμενοι· οὐδὲ τὴν δουλείαν ὑπομένειν, οὐδὲ τὰς ὕβρεις, ὁρῶντες. εἰς τὰ ἐλεύθερα σώματα γινομένας. οἷς ἑτοίμων γενομένων τῶν Ἀρκάδων βοηθεῖν, καὶ ἐλεησάντων ἐφ᾽ οἷς ἤκουσαν κακοῖς· καὶ φανερὸν ποιησάντων, ὅτι τοῖς μὲν σώμασι μετὰ Ἀλεξάνδρου, διὰ τοὺς καιροὺς, ἀκολουθεῖν ἀναγκάζονται· ταῖς δ᾽ εὐνοίαις μετὰ Θηβαίων, καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἦσαν· καὶ τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν Ἀστύλου, ὠνίου ὄντος, ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπε, καὶ δέκα τάλαντα αἰτοῦντος, ὥστε ἀγαγεῖν τὸν βοήθειαν τοῖς Θηβαίοις· καὶ τῶν πρεσβευτῶν ὡς τοῦτον ἐλθόντων· ὃν ᾔδεσαν ἔχοντα τὸ βασιλικὸν χρυσίον· καὶ δεομένων, καὶ ἱκετευόντων

A δοῦναι τὰ χρήματα εἰς τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν· οὐκ ἐτόλμησεν ὁ μιαρὸς οὗτος, καὶ ἀσεβὴς, καὶ αἰσχροκερδὴς, ἀπὸ τῶν πολλῶν χρημάτων ὧν εἶχε, δέκα μόνον τάλαντα δοῦναι· τοσαύτας ὁρῶν ἐλπίδας ὑποβαινούσας εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν· ἀλλὰ περιεῖδεν ἑτέρους δόντας τοῦτο τὸ ἀργύριον, ὥσπερ καὶ Στρατοκλῆς εἶπεν, ὑπὲρ τοῦ πάλιν ἀπελθεῖν οἴκαδε τοὺς ἐξεληλυθότας Ἀρκάδων, καὶ μὴ βοηθῆσαι τοῖς Θηβαίοις. ἆρ' ὑμῖν δοκεῖ μικρῶν κακῶν, ἢ τῶν τυχόντων τῇ ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι αἴτιος γεγονέναι Δημοσθένης, καὶ ἡ τούτου φιλαργυρία; ἢ προσήκειν αὐτὸν ὑφ' ὑμῶν ἐλέου τινὸς τυγχάνειν, τοιαῦτα πεπραγμένον· ἀλλ' οὐ τῆς ἐσχάτης τιμωρίας, καὶ ὑπὲρ τῶν νῦν, καὶ ὑπὲρ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων ἀκούσονται τὴν κρίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τὴν ὑφ' ὑμῶν ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ γεγενημένην πάντες ἄνθρωποι· θεωρήσουσιν ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας ὅπως χρήσεσθε τῷ τοιαῦτα διαπεπραγμένῳ· ὑμεῖς ἐστὲ οἱ διὰ πολλῷ τῶν ὑπὸ τούτου πεπραγμένων ἀδικημάτων ἐλάττω, μεγάλας καὶ ἀπαραιτήτους ἐνίοις ἐπιτεθεικότες τιμωρίας. ὑμεῖς Μένωνα μὲν τὸν μυλωθρὸν ἀπεκτείνατε, διότι παῖδα ἐλεύθερον ἐκ Πελλήνης ἔσχεν ἐν τῷ μυλῶνι. Θεμίστιον δὲ τὸν Ἀφιδναῖον, διότι τὴν Ῥοδίαν κιθαρίστριαν, ὕβρισεν Ἐλευσινίοις, θανάτῳ ἐζημιώσατε. Εὐθύμαχον δὲ, διότι τὴν Ὀλυνθίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος· διὰ δὲ τοῦτον τὸν προδότην, παῖδες καὶ γυναῖκες αἱ Θηβαίων, ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν βαρβάρων διενεμήθησαν· πόλις ἀστυγειτόνων καὶ συμμάχων, ἐκ μέσης τῆς Ἑλλάδος ἀνήρπασται· ἀροῦται καὶ σπείρεται B τὸ Θηβαίων ἄστυ, τῶν κοινωνησάντων ἡμῖν τοῦ πρὸς Φίλιππον πολέμου. ἀροῦται φημὶ καὶ σπείρεται, καὶ οὐκ ἠλέησε φημὶ ὁ μιαρὸς οὗτος, πόλιν οἰκτρῶς ἀπολλυμένην οὕτως, εἰς ἣν ἐπρέσβευσεν ὑφ' ὑμῶν ἀποσταλεὶς, ἧς ὁμόσπονδος καὶ ὁμοτράπεζος πολλάκις γέγονεν· ἣν αὐτός φησι σύμμαχον ἡμῖν ποιῆσαι· ἀλλὰ πρὸς οὓς εὐτυχοῦντας πολλάκις ἦλθε, τούτους ἀτυχοῦντας προδέδωκε· κἀκεῖνοι, ὥς οἱ πρεσβύτεροι λέγουσι, καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας τῆς παρ' ἡμῖν καὶ συνάγοντος ἐν Θήβαις Θρασυβούλου τοὺς φυγάδας, ἐς τὴν Φυλῆς κατάληψιν καὶ Λακεδαιμονίων ἰσχυόντων καὶ ἀπαγορευόντων, μηδένα Ἀθηναίων ὑποδέχεσθαι, μήδ' ἐκπέμπειν· ὅμως συνέπραττον τῷ δήμῳ τὴν κάθοδον· καὶ τὸ πολλάκις ἀναγνωσμένον παρ' ὑμῖν ἐψηφίσαντο ψήφισμα μὴ περιορᾶν, ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται. οὗτος δὲ ὁ κοινὸν αὑτὸν τοῖς συμμάχοις, ὡς αὐτίκα φήσει, παρέχων, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπραξεν. οὐδὲ τῶν C χρημάτων ὧν ἔλαβεν εἰς τὴν τούτων σωτηρίαν οὐδὲν ἠθέλησε προέσθαι· ὧν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, μνησθέντες, καὶ τὰ ἀτυχήματα τὰ γινόμενα διὰ τοὺς προδότας θεωρήσαντες ἐν ταῖς Ὀλυνθίων καὶ Θηβαίων συμφοραῖς, ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν ὀρθῶς νυνὶ βουλεύεσθε. καὶ τοὺς δωροδοκεῖν ἐθέλοντας κατὰ τῆς πατρίδος, ἀνελόντες, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχετε. μόνως γὰρ οὕτως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνως καὶ τοὺς ἄλλους ποιήσετε βελτίους· ἐὰν τοὺς ἐνδόξους τῶν πονηρῶν ἐξελέγξαντες, κολάσητε τῆς πονηρίας ἀξίως. τοὺς μὲν γὰρ τυχόντας τῶν κρινομένων, ὅταν ἁλῶσιν, οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ ζητεῖ πυθέσθαι τί πεπόνθασι. τοὺς δ' ἐνδόξους πάντες πυνθάνονται· καὶ τοὺς δικάζοντας ἐπαινοῦσιν, ὅταν τὸ δίκαιον μὴ προῶνται τῇ τῶν κρινομένων δόξαις. ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα τὸ Θηβαίων. λέγε τὰς μαρτυρίας. ἀναγίνωσκε τὰς ἐπιστολάς. Ψήφισμα. Μαρτυρία. Ἐπιστολαί. Μισθωτὸς οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι, μισθωτὸς οὗτός ἐστι παλαιός. οὗτός ἐστιν ὁ τὴν πρεσβείαν τὴν παρὰ τοῦ Φιλίππου πορευομένην, ὡς ἡμᾶς ἐκ Θηβῶν καλέσας, καὶ τοῦ λυθῆναι τὸν πρῶτον πόλεμον αἴτιος γενόμενος. οὗτος Φιλοκράτει συνανεκοινολογεῖτο τῷ γράψαντι πρὸς Φίλιππον εἰρήνην, δι' ἣν ὑμεῖς ἐκεῖνον ἐξεβάλετε· καὶ ζεύγη τοῖς πρέσβεσιν ἐμισθώσατο τοῖς μετ' Ἀντιπάτρου δεῦρ' ἐλθοῦσιν, ἀναλαμβάνων αὐτούς, καὶ τὸ κολακεύειν τοὺς Μακεδόνας, πρῶτος εἰς τὴν πόλιν εἰσάγων. μὴ ἀφῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,

A niſtraſti? Vtrum porrò æquius eſt, ſi idem cæteris etiam Athenienſibus viſum fuerit, nos habere præter cætera etiam id aurum quod penes te eſt, ad bellum: an vt alij, de ſuis quiſque poſſeſſionibus, tributum conferant, & mundum muliebrem conflent, & pocula, & omnia noſtræ ditionis donaria (id quod tu in decreto tuo poſuiſti) cum ipſe de ædibus in Piræeo atque in vrbe tuis quinquaginta drachmas contuleris? Cum enim priore exactione tantum pependeris: viginti talenta habes. An verò bellum non decernes, ſed ex decreto tuo allatum aurum Alexandro reddi iubebis? ergo pro te reddere populum oportebit. Atqui vbi iſtud iuſtum aut æquum aut populare eſt, vt ij qui opus faciunt, conferant: tu rapias? vt alij manifeſtas opes poſſideant: tu cum vltra centum quinquaginta talenta, partim ex Perſicis, partim ex Alexandri negotiis acceperis, nihil manifeſti in vrbe poſſideas, ſed tuas opes à populo remoueris, vt qui actis tuis diffidas? Cum leges & oratori & imperatori edicant, ſi fidem à populo haberi ſibi velit, vt liberos ſuſcipiat, & fundum intra limites poſſideat, &

Adimit Demoſtheni beneuolentiam & fiduciã erga populum: & tales magiſtratus pernicioſos eſſe ciuitatibus exemplis, oſtendit.

B omnibus æquis pignoribus depoſitis, ſic demùm præeſſe populo inſtituat: vt tu patrios fundos vendideris, & non natos tibi liberos contra leges adoptes? propter ea ſacramenta quæ in iudiciis exiguntur, vt alios militare iubeas, cum communes ipſe ordines deſerueris? Qua de cauſa putatis, Athenienſes, vrbes aliàs ſecundis rebus, aliàs aduerſis vti? nihil reperietis aliud, quàm ſenatores & imperatores. Intuemini Thebanorum ciuitatem. fuit vrbs, fuit maxima, duces nonnullos & imperatores habuit. Omnes ſanè fatentur ſeniores, è quibus vt ego hæc quæ refero, audiui. Cùm Pelopidas, vt aiunt, ſacræ cohortis dux eſſet, & Epaminondas imperator, eorúmque collegæ: tum Leuctricam pugnam vicit vrbs Thebanorum: tum in agrum Lacedæmoniorum, qui vaſtari poſſe non putabatur, impreſſionem fecerunt: illis temporibus multa egregia facinora ediderunt: Meſſenam quadringenteſimo anno poſt excidium inſtaurarunt: Arcades in libertatem vindicarunt: apud omnes gloria floruerunt. Quando rurſus humiliter, & non vt eorum animi magnitudinem decebat, ſe geſſerunt?

C Cum munera captaret: ac pecuniam acciperet à Philippo Timolaus, iſtius amicus: & peregrinis militibus aduerſus Amphiſſam conſcriptis Proxenus proditor ille præeſſet: cum dux phalangis creatus eſſet Theagenes, homo infelix & corruptus vt iſte. Tum per tres homines quos dixi, vniuerſa ciuitas vnà cum Græcis omnibus periit atque interiit. Neque enim falſum, ſed nimis verum eſt, duces cauſam eſſe ciuibus omnium & bonorum & aduerſorum. Spectate idem in noſtra quoque ciuitate, eodémque modo inquirite. Vrbs noſtra quando fuit magna & illuſtris apud Græcos, & digna maioribus poſt antiqua illa facinora? cum Conon, vt ſeniores nouerunt, nauali ad Cnidum prælio viciſſet: cum Iphicrates Lacedæmoniorum legionem cæcidiſſet: cum Chabrias Lacedæmoniorum triremes ad Naxum ſuperaſſet: cum Timotheus nauali pugna Corcyræ victor extitiſſet. Tum, Athenienſes, tum Lacedæmonij, qui prius ob duces ſplendidi fuerant, illorúmque moribus educati: humiles ad vrbem noſtram venerunt, ſalutem à maio-

ribus noſtris expetentes: populus autem ab illis abrogatus, per eos qui tum ciuitati noſtræ conſulebant, iterum dux Græcorum factus eſt: iure opinor. quippe qui & tales duces eſſet nactus, quales modò dixi: & ſenatores haberet Archinum & Cephalium Colyttenſem. Sola enim hæc & ciuitatis & gentis ſalus eſt, habere gubernatores bonos, & ſenatores cordatos. Quamobrem Athenienſes hæc vos intuentes & conſiderantes, decet non mehercule diutius Demoſthenis ſordes & infelicitatem perpeti, neque in eo ſpem habere ſalutis, aut putare vos penuria bonorum virorum & cordatorum ſenatorum laboraturos: ſed ſumpta maiorum veſtrorum iracundia, eo, qui euidenter compertus eſt peculatus & proditionis, qui pecuniis in vrbem allatis non abſtinet, qui in grauiſſimas calamitates vrbẽ coniecit, occiſo, Græciæ peſtem vrbe exterminare, ac pati fortunam vrbis immutari, atque expectare, vt hæc fiant, fore vt melius cum republica agatur. Audite, Athenienſes, illud etiam decretum ſcriptum à Demoſthene, quod, turbata republica poſt Chæronenſem pugnam, fecit popularis iſte: & oraculum quod allatum eſt Dodona, à Dodonæo Ioue. Perſpicuè namque vobis olim prædixit, cauendos eſſe duces & ſenatores. Recita oraculum in primis. Oraculum. Recita ergo pulchrum decretum iſtius. Decreti pars. Popularis nimirum eſt, qui ſe, nempe virum fortem & animoſum, inter armatos referat, quos verò ciuium ipſe improbarit, ad opus faciendum abire iubeat, & ſi quid aliud ipſi factu commodum videatur, id ſcribat eſſe faciendum. Recita reliqua. Reliquum decreti. Auditis iudices, abire iubet decretum delectos legatos. Poſtquam autem iſte audiuit, poſt Chæronenſem pugnam, Philippum in agrum noſtrum impreſſioné facturum: ipſe ſibi legationem decreuit, vt ex vrbe aufugeret: octo talentis publicæ pecuniæ conuaſatis, nullaque habita ratione inopiæ tum vrgentis: cum cæteri omnes de ſuo largirentur ad tuendam ſalutem noſtram. Talis eſt conſiliarius iſte veſter: ac duas has ſolas peregrinationes per omnem ætatem ſuſcepit, poſt pugnam, cum ex vrbe aufugit, & nunc ad Olympiam, poſteaquam cum Nicanore, fretus feſti ſolennitate, colloqui voluit. Conſultum profectò fuerit, huius fidei vrbem credere, & committere vos periculum adituros: qui quando cum reliquis contra hoſtes pugnandum fuit, ordinibus deſertis domum refugit: quando autem domi pugnandum fuit, vnà cum cæteris ipſe ſuo ſuffragio legatus deſignatus exceſſit, atq; ex vrbe aufugit. Cum porrò legatio de pace obeunda eſſet, negauit ſe vel altero pede vrbe exceſſurum. Cum autem Alexander exules reuocare diceretur, & Nicanor Olympiam veniſſet: legatum ſacrificulum ſenatui ſeſe obtulit. Talis iſte eſt: in præliis cuſtos ędium: inter eos qui domi manent, legatus: inter legatos fugitiuus eſt. Recita etiam decretum de inueſtigatione pecuniarũ, quod retulit Demoſthenes ſenatui Areopagitico de ſeſe & vobis: vt iis inter ſe collatis, videatis Demoſthenis deſperationé. Decretum. Túne iſtud ſcripſiſti Demoſthenes? ſcripſiſti, inficias ire non potes. Data eſt ſenatui authoritas ex edicto tuo? data eſt. Perempti ſunt homines ciues? perempti ſunt. Ratum contra illos decretum tuum fuit? refragari nullo modo potes. Age

Iterum cōcitat iudices.

Demoſthenem vt ignauũ & proditoré perſtringit

Demoſthenem iterum decreto ſuo vrget.

A τὴν πόλιν ἡμῶν ἧκον, δεόμενοι τῆς παρὰ τῶν προγόνων ἡμῶν σωτηρίας. ὁ δὲ καταλυθεὶς ὑπ᾽ ἐκείνων δῆμος, διὰ τοὺς τότε γινομένους παρ᾽ ὑμῖν συμβούλους πάλιν ἡγεμὼν τῶν ἑλλήνων δικαίως οἶμαι, στρατηγῶν μὲν τοιούτων τετυχηκώς, οἵους εἶπον ἀρτίως. συμβούλους δ᾽ ἔχων ἀρχῖνον, καὶ κέφαλον τὸν κολυττέα. μία γὰρ αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ, τὸ προστατῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν, καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν. Διόπερ, ὦ ἀθηναῖοι, δεῖ ταῦθ᾽ ὑμᾶς ὁρῶντας, καὶ λογιζομένους, μὴ μὰ δία τὸν πλείω χρόνον τῆς δημοσθένους δωροδοκίας καὶ ἀτυχίας κοινωνεῖν, μὴ δ᾽ ἐν τούτῳ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, μηδὲ οἴεσθαι ἀπορήσειν ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ συμβούλων σπουδαίων· ἀλλὰ τὴν τῶν προγόνων λαβόντας ὀργὴν, τὸν ἐπ᾽ αὐτοφόρῳ κλέπτην εἰλημμένον καὶ προδότην τὸν οὐκ ἀπεχόμενον τῶν εἰς τὴν πόλιν ἀφικνουμένων χρημάτων τὸν εἰς τὰς δεινοτάτας ἀτυχίας ἐμβεβλημένον τὴν πόλιν τὸν τῆς ἑλλάδος ὄλεθρον ἀποκτείναντας, ἐξόριστον ἐκ τῆς πόλεως ποιῆσαι, καὶ μεταβαλέσθαι τὴν τῆς πόλεως τύχην ἐᾶσαι καὶ προσδοκῆσαι, τούτων γινομένων βέλτιον πράξειν. ἀκούσατε, ὦ ἀθηναῖοι, κἀκείνου τοῦ ψηφίσματος, τοῦ γραφέντος ὑπὸ δημοσθένους ὃ, B τεταραγμένης τῆς πόλεως μετὰ τὴν ἐν χαιρωνείᾳ μάχην, ἔγραψεν ὁ δημοτικὸς οὗτος· καὶ τῆς μαντείας, τῆς ἐλθούσης ἐκ δωδώνης, παρὰ τοῦ διὸς τοῦ δωδωναίου, σαφῶς γὰρ ὑμῖν πάλαι προείρηκε φυλάττεσθαι τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τοὺς συμβούλους, λέγε τὴν μαντείαν πρῶτον Μαντεία. Λέγε δὴ τὸ καλὸν ψήφισμα τούτου. Ψηφίσματος μέρος. Δημοτικός γε, ὁ διατάττων, ἑαυτὸν μὲν ἐπειδὴ ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχός ἐστιν, ἐν τοῖς ὅπλοις μένειν· οὓς δ᾽ ἂν αὐτὸς ἀποδοκιμάσῃ τῶν πολιτῶν, ἐπὶ τὰ ἔργα ἀπιέναι. καὶ ἐάν τι ἄλλο τούτῳ δόξῃ ἐπιτήδειον εἶναι, τοῦτο ποιεῖν. λέγε τὰ λοιπά. Τὸ λοιπὸν τοῦ ψηφίσματος. Ακούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί. ἀπιέναι φησὶ τὸ ψήφισμα τὰς ᾑρημένας πρεσβείας. ἐπειδὴ ἤκουσε μετὰ τὴν μάχην τὴν ἐν χαιρωνείᾳ, φίλιππον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν μέλλειν εἰσβάλλειν. αὐτὸς ἑαυτὸν πρεσβευτὴν κατασκευάσας, ἵν᾽ ἐκ τῆς πόλεως ἀποδραίη· συσκευασάμενος τῆς διοικήσεως ὀκτὼ τάλαντα, οὐδὲν φροντίσας τῆς τότε παρούσης ἀπορίας ἡνίχ᾽ οἱ ἄλλοι πάντες ἐκ τῶν ἰδίων ἐπεδίδοσαν εἰς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. τοιοῦτος ὑμῖν ὁ σύμβουλος, καὶ δύο ταύτας μόνας ἐν τῷ βίῳ δημοσθένης πεποίηται ἀποδημίας, μετὰ τὴν μάχην, ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἐκ τῆς πόλεως· καὶ νῦν εἰς ὀλυμπίαν, ἐπεὶ νικάνορι διὰ τῆς ἀρχιθεωρίας ἐν τυχεῖν ἐβούλετο. ἄξιόν γε τούτῳ παρακαταθέσθαι τὴν πόλιν, καὶ ἐπιτρέψαι κινδυνεύειν μέλλοντας, ὃς, ὅτε μὲν ἔδει μάχεσθαι μετὰ τῶν ἄλλων τοῖς πολεμίοις, λιπὼν τὴν τάξιν, ᾤχετο ἀπιὼν οἴκαδε. ἐπειδὴ δὲ προσῆκεν οἴκοι κινδυνεύειν μετὰ τῶν ἄλλων· πρεσβευτὴν αὐτὸς αὑτὸν προβαλλόμενος, ᾤχετο ἐκ τῆς πόλεως ἀποδράς. ἐπειδὴ δὲ πρεσβεύειν ἔδει περὶ εἰρήνης· οὐκ ἂν ἔφασκεν ἐκ τῆς πόλεως ἐξελθεῖν, * οὐδὲ τὸν ἕτερον πόδα. ἐπειδὴ δὲ τοὺς φυγάδας ἀλέξανδρον ἔφασαν κατάγειν, καὶ νικάνωρ εἰς ὀλυμπίαν ἧκεν· ἀρχιθέωρον αὐτὸν ἀπέδωκε τῇ βουλῇ. τοιοῦτος οὗτος, ἐν μὲν ταῖς παρατάξεσιν, οἰκουρός. ἐν δὲ τοῖς οἴκοι μένουσι πρεσβευτής, ἐν δὲ τοῖς πρεσβευταῖς, δραπέτης ἐστί. λέγε δὴ καὶ τὸ περὶ ζητήσεως τῶν χρημάτων ψήφισμα, ὃ ἔγραψε δημοσθένης τῇ ἐξ ἀρείου πάγου βουλῇ, περὶ αὑτοῦ τε καὶ ὑμῶν ἵνα παράλληλα θεωρήσαντες, εἰδῆτε τὴν δημοσθένους ἀπόνοιαν. Ψήφισμα. Ἔγραψας σὺ τοῦτο δημόσθενες; ἔγραψας, οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν. ἐγένετο ἡ βουλὴ κυρία προστάξαντος; ἐγένετο, τεθνᾶσι τῶν πολιτῶν ἄνδρες; τεθνᾶσι. κύριον ἦν τὸ σὸν ψήφισμα κατ᾽ ἐκείνων, ἀδύνατον ἀντειπεῖν. λέγε δὴ πάλιν, ὃ δημοσθένης

θένης κατὰ δημοσθένους ἔγραψε. προσέχετε, ὦ ἄνδρες. εὕρηκε δημοσθένην. τί δεῖ πολλῶν λόγων; ἀποπέφαγκεν, ὦ ἀθηναῖοι. τὸ μὲν τοίνυν δίκαιον ἦν ὑφ' ἑαυτοῦ κεκειμένον, εὐθὺς ἀποθνήσκειν. ἐπειδὴ δ' εἰς τὰς ὑμετέρας ἥκει χεῖρας, τοὺς ὑπὲρ τοῦ δήμου συνειλεγμένους καὶ τοὺς ὀμωμοκότας πείθεσθαι τοῖς νόμοις, καὶ τοῖς τοῦ δήμου ψηφίσμασι, τί ποιήσετε; προήσεσθε τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, καὶ τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις δίκαια νομιζόμενα; μή, ὦ ἀθηναῖοι, μή. αἰσχρὸν γὰρ καὶ δεινόν, ἑτέρους μὲν ὑπὸ τῶν δημοσθένους ψηφισμάτων, οὐδὲν ὄντας τούτου χείρους, οὐδὲ τοσαῦτα ἠδικηκότας ὅσα περ οὗτος, ἀπολωλέναι· τουτονὶ δὲ καταφρονοῦντα ὑμῶν καὶ τῶν νόμων, ἀτιμώρητον περιιέναι ἐν τῇ πόλει, αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ψηφισμάτων ὧν ἔγραψεν ἑαλωκότα. τουτὶ τὸ συνέδριον, ὦ ἀθηναῖοι, καὶ ὁ αὐτὸς τόπος καὶ ταὐτὰ τὰ δίκαια, ὁ αὐτὸς ῥήτωρ, ἐκείνοις τε αἴτιος ἐγένετο τῶν συμβάντων κακῶν, καὶ τῶν αὐτῷ νῦν συμβησομένων· ἐπέτρεψεν ὁ αὐτὸς οὗτος ἐν τῷ δήμῳ συνεδρίῳ τούτῳ κρῖναι περὶ αὐτοῦ, μάρτυρας ὑμᾶς πεποιημένος· ἔθετο συνθήκας μετὰ τοῦ δήμου, γράψας τὸ ψήφισμα καθ' ἑαυτοῦ παρὰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣ πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ τῇ πόλει καθέστηκε. διὸ καὶ οὐχ ὅσιον ὑμῖν ἐστὶ ταύτας ἀκύρους ποιεῖν· οὐδὲ τοὺς θεοὺς ὀμωμοκόσι περὶ ταύτης τῆς κρίσεως, τὴν αὐτὴν τῶν θεῶν πράξεσιν ἐναντίαν τὴν ψῆφον ἐνεγκεῖν. κρίσει ποσειδῶν ἀποτυχὼν τῆς ὑπὲρ ἁλιρροθίου πρὸς ἄρη γενομένης ἐνέμεινεν· αὐταὶ αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ, καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. ὑμεῖς δὲ τί ποιήσετε οἱ πάντων εἶναι φάσκοντες εὐσεβέστεροι; τὴν τοῦ συνεδρίου γνώμην ἄκυρον καταστήσετε τῇ δημοσθένους ἐπακολουθήσαντες πονηρίᾳ; οὐκ ἐὰν σωφρονῆτε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, οὐ γὰρ περὶ μικρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων ἐν τῇ τήμερον ἡμέρᾳ δικάζετε· ἀλλὰ περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ἁπάσης. καὶ πρὸς τούτοις, περὶ δωροδοκίας ἔθους πονηροῦ, καὶ πράγματος ἀλυσιτελοῦς, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀπολωλεκότος. εἰ μὲν οὖν καθ' ὅσον ἐστὲ δυνατοὶ ἐκβαλεῖτε ἐκ τῆς πόλεως καὶ παύσετε τοὺς ῥᾳδίως καθ' ὑμῶν χρήματα λαμβάνοντας· σωθησόμεθα θεῶν βουλομένων· εἰ δ' ἐπιτρέψετε τοῖς ῥήτορσι πωλεῖν ὑμᾶς αὐτούς· περιόψεσθε τὴν πόλιν ἀναρπασθεῖσαν ὑπὸ τούτων. Ἔγραψεν αὐτὸς ἐν τῷ δήμῳ δημοσθένης ὡς δηλονότι δικαίου τοῦ πράγματος ὄντος, φυλάττειν ἀλεξάνδρῳ τὰ εἰς τὴν ἀττικὴν ἀφικόμενα μετὰ ἁρπάλου χρήματα. οὕτως οὖν, ὦ ἄριστε. εἰπέ μοι φυλάξομεν, ἐὰν σὺ μὲν εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ἔχῃς ἰδίᾳ; ἕτερος δὲ πεντεκαίδεκα; δημάδης δὲ ἑξακισχιλίους χρυσοῦ στατῆρας; ἕτεροι καὶ ὅσα δή ποτε ἀποπεφασμένοι εἰσί; τέτταρα γὰρ τάλαντά ἐστι καὶ ἑξήκοντα ἤδη εὑρημένα * ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τούτοισιν ἀναθεῖναι; καὶ πότερα κάλλιόν ἐστι, πρὸς δὲ δικαιότερον, ἅπαντ' ἐν τῷ κοινῷ φυλάττεσθαι, ἕως ἄν τι δίκαιον ὁ δῆμος βουλεύσηται. ἢ τοὺς ῥήτορας, καὶ τῶν στρατηγῶν ἐνίους διηρπακότας ἔχειν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τὸ μὲν ἐν τῷ κοινῷ φυλάττειν, παρὰ πάντων ὁμολογούμενον εἶναι δίκαιον· τὸ δὲ τούτους ἔχειν, μηδὲν ἂν εἰπεῖν ὡς ἐστὶ καλῶς ἔχον. Πολλοὺς δ' οὗτος ἐρεῖ καὶ παντοδαποὺς λόγους, ὦ ἄνδρες, καὶ οὐδέποτε τοὺς αὐτούς. ὁρᾷ γὰρ ὑμᾶς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἐλπίσι κεναῖς καὶ ψευδέσι λόγοις ἐξηπατημένους ὑφ' ἑαυτοῦ· καὶ μέχρι τούτου μνημονεύοντας τὰς ὑποσχέσεις, μέχρις ἂν ῥηθῶσιν. εἰ μὲν οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς δημοσθένους πονηρίας καὶ ἀτυχίας ἀπολαύειν, ἵνα πλέον κακοδαιμονῶμεν (οὐδὲ γὰρ ἔχω τί ἄλλο εἴπω) στερκτέον εἴη τοῖς συμβαίνουσιν. εἰ δ' ἔτι κηδόμεθα τῆς πατρίδος, καὶ τοὺς πονηροὺς καὶ δωροδόκους μισοῦμεν

A denuò id recita, quod Demoſthenes cõtra Demoſtenem ſcripſit, Animaduertite Athenienſes. Inuenit Demoſthenem: quid multis verbis eſt opus? detulit eum, Athenienſes. Id igitur ius in ſeipſum ſtatuit, vt ſtatim occideretur. poſtquã autem in veſtras manus venit, qui pro populo conueniſtis, qui vos legibus & plebiſcitis obtẽperaturos iuraſtis, quid facietis? Negligetis Deorum immortalium religionem, & ea quæ à mortalibus omnibus ſacroſãcta habentur? Abſit Athenienſes, abſit. Turpe enim fuerit, atque iniquũ cum alij per Demoſtenis decreta nihilo iſto deteriores, neque tot facinoribus conſtricti perierint: iſtum qui & vos & leges contemnit, indemnem in vrbe obãbulare, à ſemetipſo & decretis ſuis condemnatum. Hoc conſilium Athenienſes, hic ipſe locus, hæc iura, idem iſte orator & illis autor fuit malorum illorum, & eorum quæ deinceps contingent: idem ipſe pro cõcione huic cõcilio iudicium de ſe permiſit: vobis teſtibus adhibitis: pactum fecit cum populo, ſcripto ſenatuſconſulto contra ſeſe, idque apud Matrem deorum depoſuit: quę omnia iura in literas relata cuſtodit reipublicæ. Quare nefas vobis erit pactum abolere: aut cum Deorum numen in hoc iudicio iurauerи-
B tis, contrarium ipſis Deorum actis ferre ſuffragiũ. Neptunus iudicio victus, in cauſa Alirrothij contra Martem, acquieuit: ſeueræ Deæ ipſæ apud factam in hoc concilio contra Oreſtem cognitionem, eiúſque veritatem habitare deinceps voluerunt. vos autem quid agetis, qui vos omniũ religioſiſſimos perhiberi vultis? Concilij ſententiam irritam facietis, ſecuti Demoſtenis improbitatem? Non, ſi ſapitis, Athenienſes. Neque enim paruis aut vulgaribus hodie de rebus iudicatis: ſed de ſalute totius ciuitatis. atque etiam de corruptelæ praua conſuetudine & re pernicioſa, quæque mortalibus omnibus exitio fuit. Quòd ſi quantum poteſtis, vrbe eiicietis & coercebitis eos, qui temerè contra vos munera acceptant: incolumes erimus diis volentibus. Sin oratoribus permittetis, vt voſmetipſos vẽdant: per veſtram incuriam vrbs ab eis euertetur. Ipſe Demoſthenes pro concione autor fuit pecunię cum Harpalo in Atticam allatæ, Alexandro cuſtodiẽdæ. Sic ergo, dic mihi vir optime, eam cuſtodiemus, ſi tu priuatim viginti talenta teneas, alius quindecim, Demades ſex mille ſtateres aureos: alij tan-
C tum, quantum ex indicio relatum eſt? Nam talenta ſexaginta quatuor iam comperta ſunt, * quorum culpam in iſtos conferendam cenſetis? Vtrum porrò honeſtius eſt, atque etiam æquius, omnia in ærario aſſeruari, donec populus id ſtatuat quod æquũ ſit: an vt oratores & ducum quidam ea direpta teneant? Ego enim exiſtimo conſtare inter omnes, æquum eſſe vt publicè cuſtodiantur: nemini autem rectum videri, vt ab iſtis teneantur. Multa iſte dicet, Iudices, & varia, nec vnquam eadem. Videt enim vos omni tempore ſpe vana & falſis orationibus à ſe fuiſſe deceptos: & tantiſper pollicitationum meminiſſe, dum dicuntur. Verùm ſi vrbem adhuc Demoſthenis improbitate atque infelicitate frui oportet, vt diutius iratos deos habeamus (neque enim aliud quod dicam reperio) boni conſulendum erit quicquid euenerit. Sin patriam adhuc curamus, atque improbos & largitionibus inhiãtes odimus,

Nullã Demoſtheni miſericordiã tribuẽdam eſſe cõtendit.

& aduerſæ fortunæ auguria auertere ac mutare volumus: non moueri, vos debebitis, Athenienſes, nefarij iſtius impoſtoris deprecationibus nec admittendæ ſunt querelæ & fuci iſtius. Satis enim & dicta & facta & fortunam eius periclitati eſtis. Et quis veſtrûm adeò confidens eſt, Athenienſes, quis adeò incogitans, quis adeò rudis rerum & antè & modò geſtarum: vti ſperet, eum, per quem ex tanta felicitate ad tãtam infamiam vrbs deiecta eſt, quacunque de cauſa, aut caſu (omitto enim hoc) nunc poſtquam præter cæteras difficultates, & vrgentia nos pericula, etiam vrbanæ corruptelę acceſſerunt, & turpi crimine omnes conflictamur, vt ne eam pecuniam quæ priuatim penes quoſdam eſt, populus habere putetur: tum demum iſtum ſuis conſiliis & belli adminiſtratione vos conſeruaturum? Nam

Inconſtantiam obiicit Demoſtheni.

præterea cætera quæ inconſtanter agendo & imprudenter concionando perfecit, dum aliàs ſcribit & vetat, ne quem Deum exiſtimemus præter eos qui ſunt nobis traditi à maioribus: aliàs dicit, non debere populum contendere cum Alexandro de cœli honoribus. Cum autem in iudicium veſtrum adducendum ſe præuidet: Callimedontem læſæ maieſtatis reum facit, quaſi is Megaris cum exulibus colloquia habeat, opprimendæ reipublicæ ergo: eámque actionem ſtatim eueſtigiò tollit. concione porrò nuper cõuocata adduxit atq; inſtruxit falſum delatorẽ, quaſi naualibus inſidię fierent, cum quidẽ ea de re nihil decerrneret: ſed huius iudicij cauſa, crimina conflaret. Horum.n. omniũ vos ei teſtes eſtis.

Iterum vt inutilem magiſtratũ cauillatur.

Præſtigiator iſte eſt, iudices, & homo nefarius, neque natura ciuis, neque actionibus & machinationibus ſuis. Nam quæ triremes ſunt ab iſto ædificatæ ciuitati, vt ſub Eubulo: aut quæ naualia iſto rempublicam gubernante facta ſunt? Quando iſte vel ſenatuſconſulto vel lege ordinem equeſtrem emendauit? Quas copias vel pedeſtres vel nauales comparauit, cum quidem poſt pugnam ad Cheronæam commiſſam talia tempora inciderent? Quis ornatus Mineruæ in arcem ab iſto eſt allatus? Quod ædificium Demoſthenes extruxit, vel in mercatu veſtro, vel in vrbe, vel alibi in regione? Nemo certè vſquam oſtendet. Eum ergo, qui bellicis in rebus fidem non ſeruauit: qui in vrbanis adminiſtrationibus nullam operam nauauit: qui nõ obſtitit, quò minus aduerſarij ciuitatis omnia confecerent quæ voluerunt: qui ſeſe immutauit, & populi cauſam deſeruit: eum vos conſeruabitis? Non, ſi ſani eritis, & rectè tum vobis tum reipublicæ conſuletis. Amplectimini potius bonam fortunam, quæ vobis vlciſcendos obtulit oratores, qui ſuis ſordibus vrbem humilem reddiderunt: & cauete, quemadmodum vos Deorum immortaliũ oracula ſæpe monuerũt,

Oraculum contra oratores interpretatur.

tales duces & ſenatores. Audite ipſum oraculũ. Recita tu oraculum. Oraculum. Quomodo igitur eodem animo futuri ſumus? quomodo conſentiemus omnes de reipublicæ commodis, ſi duces & magiſtratus, accepta pecunia, patriæ vtilitatem neglexerint? & vos quidẽ populus vniuerſus in periculum adducemini de ſolo ciuitatis, & aris atque focis, & vxoribus ac liberis? iſti autem inter ſe reconciliati, in concionib. quidẽ alij alios conuiciis proſcindẽt, ac de induſtria exagitabunt: priuatim autem agent eadem, decipientes vos qui verbis eorum facilimè creditis? Quid enim eſt oratoris popularis, & infeſti iis, qui rẽpublicã cõcionib. & decretis oppugnãt?

A καὶ μετοιωνίσασθαι τὴν τύχην. καὶ μεταλλάξασθαι βουλόμεθα· οὐ προετέον ἐστὶν ὑμᾶς αὐτοὺς, ὦ ἀθηναῖοι, ταῖς τοῦ μιαροῦ καὶ γόητος τούτου δεήσεσιν, οὐδὲ προετέον τοὺς οἴκτους, καὶ τοὺς φενακισμοὺς τούτου. ἱκανὴν γὰρ εἰλήφατε πεῖραν αὐτοῦ καὶ τῶν ἔργων, καὶ τῶν λόγων, καὶ τῆς τύχης. τίς οὕτως εὔελπίς ἐστιν ὑμῶν, ὦ ἀθηναῖοι, τίς οὕτως ἀλόγιστος, τίς τῶν προγεγενημένων, καὶ νῦν ἐνεστηκότων πραγμάτων οὕτως ἄπειρος, ὅς τις ἐλπίζει, τὸν ἐκ τοσαύτης εὐδαιμονίας, εἰς τοσαύτην ἀδοξίαν καταστήσαντα τὴν πόλιν, δι᾽ ἣν τινα δήποτε αἰτίαν ἢ τύχην (ἐῶ γὰρ τοῦτο) νῦν ἐπειδὴ πρὸς ταῖς ἄλλαις ἀπορίαις, καὶ τοῖς περιεστηκόσιν ὑμᾶς κινδύνοις, καὶ ἡ τῶν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως δωροδοκία προσγέγονε, καὶ περὶ αἰσχρὰς αἰτίας κοινῇ πάντες ἀγωνιζόμεθα, καὶ περὶ τοῦ μὴ δοκεῖν τὰ ἰδίᾳ παρά τισιν ὄντα χρήματα κοινῇ τὸν δῆμον ἔχειν· τηνικαῦτα συμβουλεύοντα καὶ πολεμοῦντα τοῦτον σώσειν ὑμᾶς; ἐῶ γὰρ τἄλλα ὅσα μεταβαλλόμενος ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ δημηγορῶν οὐδὲν ὑγιὲς, διατετέλεκε. καὶ τότε μὲν γράφων καὶ ἀπαγορεύων, μηδένα ἄλλον νομίζειν θεὸν, ἢ τοὺς παραδεδομένους. ποτὲ δὲ λέγων, ὡς οὐ δεῖ τὸν δῆμον

B ἀμφισβητεῖν τῶν ἐν οὐρανῷ τιμῶν ἀλεξάνδρῳ. ὅταν δὲ μέλλῃ κριθήσεσθαι παρ᾽ ὑμῖν, καλλιμέδοντα εἰσαγγέλλων συνιέναι ἐν μεγάροις τοῖς φυγάσιν ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου. καὶ ταύτην τὴν εἰσαγγελίαν εὐθὺς παραχρῆμα ἀναιρούμενος. ἐν δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτῃ τῇ πρῴην γεγενημένῃ προσάγων καὶ κατασκευάζων τὸν δήμευον, ὡς ἐπιβουλευομένων τῶν νεωρίων, καὶ περὶ τούτων γράφων μὲν οὐδὲν, αἰτίας δ᾽, ἕνεκα τοῦ παρόντος ἀγῶνος, παρασκευάζων. τούτων γὰρ ἁπάντων ὑμεῖς τούτῳ μάρτυρές ἐστε. γόης γάρ ἐστιν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ μιαρὸς ἄνθρωπός ἐστι, καὶ οὔτε τῇ φύσει τῆς πόλεως πολίτης, οὔτε τοῖς πεπολιτευμένοις αὐτῷ καὶ πεπραγματευμένοις. ποῖαι γὰρ τριήρεις εἰσὶ κατεσκευασμέναι διὰ τούτου, ὥσπερ ἐπὶ εὐβούλου, τῇ πόλει; ἢ ποῖοι νεώσοικοι, τούτου πολιτευομένου, γεγόνασι; πότε γὰρ οὗτος ἢ διὰ ψηφίσματος ἢ νόμου, ἐπηνώρθωσε τὸ ἱππικόν; τίνα κατεσκεύασε δύναμιν, τοιούτων καιρῶν παραγενομένων μετὰ τὴν ἐν χαιρωνείᾳ μάχην, ἢ πεζὴν, ἢ ναυτικήν; τίς ἀνάθημα

C τῇ θεῷ κόσμος εἰς ἀκρόπολιν ὑπὸ τούτου, τί κατεσκεύακε δημοσθένης οἰκοδόμημα ἐν τῷ ἐμπορείῳ τῷ ὑμετέρῳ. ἢ ἐν τῷ ἄστει. ἢ ἄλλοθί που τῆς χώρας; οὐδεὶς οὖν οὐδαμοῦ δείξειεν. ἔπειτα τὸν μὲν ἐν ταῖς πολεμικαῖς τάξεσιν ἄπιστον γεγενημένον· ἐν δὲ ταῖς κατὰ τὴν πόλιν οἰκονομίαις ἄχρηστον· περιεωρακότα δὲ τοὺς ἀντιπολιτευομένους ἅπαντα διαπεπραγμένους ὅσα ἐβουλήθησαν· μεταβεβλημένον δὲ αὐτὸν, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου πράξεις ἐγκαταλελοιπότα. τοῦτον περιποιῆσαι βούλεσθε; οὐκ, ἐὰν σωφρονῆτε, καὶ καλῶς, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν, καὶ τῆς πόλεως βουλεύησθε, ἀλλὰ δέξασθε τὴν ἀγαθὴν τύχην, ἣ τιμωρίσασθαι παρέδωκε τοὺς ῥήτορας τοὺς τὴν πόλιν, διὰ τὴν αὐτῶν δωροδοκίαν, ταπεινὴν πεποιηκότας· καὶ φυλάξασθε, καθάπερ οἱ θεοὶ προειρήκασιν ὑμῖν ἐν ταῖς μαντείαις πολλάκις, τοὺς τοιούτους ἡγεμόνας καὶ συμβούλους. ἀκούσατε δὲ αὐτῆς τῆς μαντείας. λέγε σὺ τὴν μαντείαν. Μαντεία. Πῶς οὖν μίαν γνώμην ἕξομεν, ὦ ἀθηναῖοι, πῶς ὁμονοήσομεν ἅπαντες ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὅταν οἱ ἡγεμόνες καὶ οἱ δημαγωγοὶ χρήματα λαμβάνοντες, προΐωνται τὰ τῆς πατρίδος συμφέροντα; καὶ ὑμεῖς μὲν ὁ δῆμος ἅπας κινδυνεύῃ περὶ τοῦ ἐδάφους τοῦ τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἱερῶν τῶν πατρῴων. καὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, οἱ δὲ διηλλαγμένοι πρὸς αὐτοὺς, ἐν μὲν ταῖς ἐκκλησίαις λοιδορῶνται, καὶ προσκρούωσιν ἀλλήλοις ἐξεπίτηδες· ἰδίᾳ δὲ ταυτὰ πράττωσιν, ἐξαπατῶντες ὑμᾶς, τοὺς ῥᾷστα πειθομένους τοῖς τούτων λόγοις; τί γάρ ἐστι ῥήτορος δημοτικοῦ καὶ μισοῦντος τοὺς κατὰ τῆς πόλεως λέγοντας, καὶ γράφοντας;

ἢ τί

A ἢ τί φασι τοὺς πρὸ ὑμῶν γεγενημένους, ὦ δημόσθενες καὶ πολύευκτε, διατελεῖν ποιοῦντας; καὶ ταῦτα οὐδενὸς δεινοῦ τότε τὴν πόλιν περιεστηκότος. οὐ κρίνειν αὐτούς; οὐκ εἰσαγγέλλειν; οὐ γράφεσθαι παρανόμων; ἔστιν οὖν ὅ,τι πεποιήκατε τούτων ὑμεῖς οἱ φάσκοντες τοῦ δήμου κήδεσθαι, καὶ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν ἐν τῇ τούτων εἶναι ψήφῳ; γέγραπταί σοι ψήφισμα, δημόσθενες, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν παρανόμων, ὧν δημάδης γέγραφε; κεκώλυκάς τινα πρᾶξιν, ὧν ἐκεῖνος προελόμενος κατὰ τοῦ δήμου πεπολίτευται; οὐδὲ μίαν πώποτε. εἰσήγγελκας τὸν παρὰ τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα, καὶ τοὺς νόμους πολλὰ διαπεπραγμένον; οὐδὲ πώποτε. ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν σταθέντα. καὶ τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς ἁρμοδίου καὶ ἀριστογείτονος ἀπογόνοις. ἔπειτα ποῦ τῆς εὐνοίας τῆς σῆς ὁ δῆμος ἔλαβε πεῖραν; ὅπου τὴν τοῦ ῥήτορος βοήθειαν καὶ δύναμιν ἐξεταζομένην εἴδομεν; ἢ ἐνταῦθα φήσετ᾽ εἶναι δεινοί, εἰ παρακρούσετε τούτους, ἀεὶ λέγοντες, ὡς οὐκ ἔστιν ἔξω τῆς πατρίδος ὑμῖν ἐξελθεῖν· οὐκ ἔστιν ἄλλη καταφυγή, χωρὶς τῆς ὑμετέρας εὐνοίας. φανερῶς ἐχρῆν γεγενημένους ἀντιπράττοντας καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τοῖς κατὰ τοῦ δήμου γραφομένοις ψηφίσμασιν οὕτω πείθειν τούτους, λέγοντας, ὡς οὐκ ἔστιν ὑμῖν οὐδεμία σωτηρία χωρὶς τῆς παρὰ τοῦ δήμου βοηθείας. ὑμεῖς δὲ, ἐν τοῖς ἔξω τὰς ἐλπίδας ἔχετε, ἁμιλλώμενοι τῇ κολακείαις πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας ὑπὲρ ἀλεξάνδρου πράττειν, καὶ δῶρα εἰληφέναι παρὰ τῶν αὐτῶν, ὧν περ νῦν ἀποπέφαγκεν ὑμᾶς ἡ βουλή. καὶ συμπάντων τῶν ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος νικάνορι, καὶ κεχρηματικὼς ἐν ὀλυμπίᾳ περὶ ὧν ἐβουλήθης, ἐλεεινὸν νῦν σεαυτὸν κατασκευάζεις, προδότης ὢν καὶ δωροδόκος· ὡς ἐπιμελησομένοις τούτοις τῆς σῆς πονηρίας, καὶ οὐ δώσων δίκην ὑπὲρ ὧν εἴληφαι πεποιηκώς. τοσούτῳ τολμηρότερος δημάδου, ὥσθ᾽ ὁ μὲν προειρηκὼς ἐν τῷ δήμῳ τὸν αὐτοῦ τρόπον, καὶ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ ὁμολογῶν λαμβάνειν καὶ λήψεσθαι· ὅμως οὐ τετόλμηκεν αὐτοῖς δεῖξαι τὸ πρόσωπον. οὐδ᾽ ἐναντία τῇ τῆς βουλῆς ἀποφάσει, λέγειν ἠξίωσε. καίτοι οὐκ ἔγραψεν ἐκεῖνος περὶ αὐτοῦ κυρίαν εἶναι τὴν βουλήν, οὐδὲ θάνατον ὡρίσατο. ἐὰν ἀποφανθῇ χρήματα εἰληφώς. σὺ δὲ οὕτω σφόδρα πεπίστευκας τοῖς σεαυτοῦ λόγοις, καὶ καταπεφρόνηκας τῆς τούτων εὐηθείας, ὥστε πείσειν οἴει τοὺς δικαστάς, ὡς μόνου σοῦ κατέψευσται τὸ συνέδριον καὶ μόνον οὐκ εἰληφότα σε τὸ χρυσίον ἀποπέφαγκεν, καὶ τίς ἂν ταῦτα πεισθείη; ὁρᾶτε. ὦ ἀθηναῖοι, τί μέλλετε ποιεῖν. παρειλήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον ἤδη. τιμωρίας δ᾽ ἕνεκα τῆς κατὰ τῶν ἐνόχων ὄντων ταῖς ἀποφάσεσι, δημοσθένης εἰσάγεται πρῶτος. κατηγορήκαμεν ἡμεῖς οὐδενὶ καταχαρισάμενοι τῶν κοινῶν δικαίων. πότερ᾽ ἀμελήσαντες τῶν γεγενημένων ἁπάντων, ἀφήσετε τὸν πρῶτον εἰσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὰ δίκαια τὰ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ τῇ ἐξ ἀρείου πάγου δόξαντ᾽ εἶναι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις ταῦθ᾽ ὑμεῖς κύριοι πάντων λύσετε, καὶ τὴν πονηρίαν αὐτοὶ τὴν τούτων ἀναδέξεσθε; ἢ πᾶσιν ἀνθρώποις παράδειγμα ἐξοίσετε κοινὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ὅτι μισεῖτε τοὺς προδότας, καὶ τοὺς χρημάτων ἕνεκα, προϊεμένους τὰ τοῦ δήμου συμφέροντα. ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἐστὶν ἐφ᾽ ὑμῖν νῦν καὶ πεντακόσιοι καὶ χίλιοι ὄντες, τὴν ἁπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχετε, καὶ ἡ τήμερον ἡμέρα, καὶ ἡ ὑμετέρα ψῆφος, πολλὴν ἀσφάλειαν τῇ πόλει καταστήσει, τὰ δίκαια ὑμῶν ἐθελόντων κρίνειν. ἢ μοχθηρὰς ἐλπίδας ποιήσετε πάντας ἔχειν, τοιαῦθ᾽ ὑμῶν ἔθη καθιστάντων. οὐ καταπληκτέον ἐστίν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, οὐδὲ προετέον, ἐὰν σωφρονῆτε, τοῖς δημοσθένους ἐλέοις τὴν κοινὴν ἀδικίαν ὑπὲρ τῆς

A aut quid aiunt ætate veſtra ſuperiores, Demoſthenes & Polyeucte, ſtudio perpetuò habuiſſe? idq; cum eo tempore nulla clades rempub. vrgeret? nō ſe mutuò accuſaſſe? non maieſtatis læſæ criminatos eſſe? nō violatarum legum feciſſe reos? Eſt verò horum quicquam quod feceritis vos, qui vos curare populum profitemini? qui ſalutem veſtram in horū ſuffragio dicitis eſſe collocatam? ſcripſiſti tu decretum Demoſthenes, cum multa atrocia & contraria legibus Demades decreuiſſet? prohibuiſti aliquam actionem, quam ille ſuſceptam contra populum adminiſtrauit? Nullam penitus. Maieſtatis reum feciſti eum, qui contra plebiſcitum & leges multas perpetrauit? Nunquam prorſus: ſed æream ei ſtatuam in foro erigi paſſus es, & pari honore victus in curia cum Harmodij & Ariſtogitonis poſteris frui. Deinde vbi populus beneuolentiæ tuæ periculum fecit? vbi oratoris auxilium & vim declaratam vidimus? An ibi vos diſertos eſſe dicetis, vbi hos deceperitis: cum ſubinde dicatis, non licere vobis egredi patria: non vobis vllum eſſe confugium, niſi ad horum beneuolentiam? Oportebat vos apertè, di- B ctis & factis, aduerſatos decretis contra populum ſcriptis, ſic demum poſtulare vobis fidem haberi ab his, cum dicitis, vobis nullam ſalutis ſpem eſſe reliquam extra populi auxilium. At vos in exteris ſpem habetis, cum contentione quadam aſſentationis aduerſus eos, qui ſe Alexandri negotium agere confitentur: & dona ab iiſdem accepiſtis, ob quę ſenatus modò vos detulit. Cum coram omnib. Græcis cum Nicanore ſis collocutus: & Olympiæ, quibus de rebus voluiſti, reſponſa acceperis: nunc miſerabilē te facis, homo proditor & corruptus: quaſi iſti rationem habituri ſint tuæ improbitatis, tuq; pœnas nō daturus ſis eorum facinorū, in quib. es deprehēſus: tanto Demade audacior, quòd ille cum iam explicaſſet pro concione mores ſuos atque deſperationē: ac profiteretur, ſe & accipere & accepturum eſſe: tamen faciem eis ſuā oſtendere nō auſus fuit, neq; ſenatus delationi contradicendū putauit: tametſi ille ſe autoritati ſenatus per decretū non cōmiſit, neq; pœnā capitis in ſe ſtatuit, ſi, vt qui pecuniam accepiſſet, à ſenatu deferretur. Tu verò vſq; adeò fretus fuiſti eloquentia tua, & horū bonitatē contempſi- C ſti: vt te perſuaſurum putares iudicibus, concilium contra te ſolum dixiſſe falſum, ac te ſolū detuliſſe, cum aurū non acceperis. Et quis iſta credat? Videte Athenienſes quid facturi ſitis. Accepiſtis à populo rem iam confectā. Demoſthenes ſupplicij cauſa, in eos qui delatione tenentur, cōſtituti, primus in iudiciū adducitur. Nos accuſauimus, iure publico nemini condonato. Vtrum neglectis iis quæ acta ſunt omnibus, dimittetis eū, qui primus ad vos ingreſſus eſt: & quæ tū populo, tum Areopagitico ſenatui, tū omnib. hominibus æqua viſa ſunt, ea vos, quorū omnis eſt autoritas, tolletis, atq; ipſi improbitatē iſtorum in vos recipietis? an verò mortalib. omnib. cōmune exemplū proponetis veſtri in proditores odij, atq; in eos qui pecuniæ cauſa vtilitatem populi neglexerunt? Hæc enim omnia nūc penes vos ſunt: vos mille quingenti numero totius ciuitatis ſalutem in manib. habetis: hæc dies veſtrúmque ſuffragiū aut in magna ſecuritate rempublicā collocabit, ſi ita vt æquum eſt pronunciare voletis: aut efficietis, vt ſpē omnes malā concipiant, ſi tales mores introduxeritis. Non percelli debetis Athenienſes: neq; cōmiſeratione Demoſthenis, ſi ſapitis, cōmunis & æqua

Patriæ ſtudium profiteri, & hoſtibus eſſe fretum inſimulat Demoſthenē.

Collatio cū Demade exaggerādi cauſa.

Commone facit iudices officij ſui.

Commiſerationem iterum excludit.

vrbis noſtræ defenſio eſt amittenda. Nemo enim veſtrûm coegit iſtum pecuniam alienam, in veſtrã fraudem, accipere, qui per vos pecuniæ plus ſatis poſſidet: neque cauſam dicere de confeſſis criminibus, cum ſuo decreto ſe capitis condemnarit: ſed ſuperioris eius vitæ inſitæ ſordes & improbitas, hęc in caput eius conuerterunt. Nolite igitur moueri ploratu eius & lamentationibus. Multò enim æquius fuerit miſereri regionis noſtræ, quam iſte his factis in pericula conijcit: quæ vos ex ſe natos obſecrat, liberis atque vxoribus veſtris productis, vt & proditorem vlciſcamini, & ſe tueamini: pro qua maiores noſtri, multis egregiis prælijs commiſſis, eam vobis liberam tradiderunt: in qua multa illuſtria exempla relicta ſunt virtutis defunctorum. Hanc intuentes, Athenienſes, & patria quæ in hac fiunt ſacrificia, & monumenta maiorum, cordatos iudices ſuffragia ferre decet: & cum Demoſthenes vos decepturus & ſeducturus, commiſerationem mouebit, & lacrymabit: vos vrbis corpus intuentes, & partam ei olim gloriam, conferte, vtrum vrbs per iſtum facta ſit miſerabilior, an verò per vrbem Demoſthenes? Reperietis enim iſtum, ex quo ad rempublicam acceſſit, ſplendidum eſſe factum, & pro ſcriptore orationum & Cteſippi ac Phormionis cauſidico, multis alijs ciuibus locupletiorem: ex obſcuro, & nulla patria maiorum gloria ornato, illuſtrem: vrbem autem aliter affectam, quàm pro dignitate ſua & gloria maiorum. Itaque repudiata miſericordia & impoſturis iſtius, ſanctum & iuſtum ferte ſuffragium: & quid patriæ, non quid Demoſtheni conducat, conſiderate. Hoc enim eſt bonorum iudicum officium. Quòd ſi quis aſcenderit Demoſtheni patrocinaturus: cogitate, eum hominem, ſi non ſit obnoxius futuris delationibus, malè velle reipublicæ: qui nec contra populum munera acceptantes, pœnas dare ſinat: & communem corporum veſtrorum cuſtodiam, quæ Areopagitico eſt concilio commiſſa, abrogari velit, & confundi totius iura ciuitatis. Sin orator aut imperator, ex iis, qui expectatum contra ſe indicium fide carere volunt, ei patrocinabuntur: non vobis auſcultandum erit illorum orationi: ſed ſciendum ab omnibus iſtis mutuas tradi operas, in Harpalo & recipiendo & dimittendo. Exiſtimantes igitur, Athenienſes, contra vos, iſtos omnes aſcendere, communes hoſtes legum & totius ciuitatis: ne approbetis eos, ſed accuſationis capita diluere iubetote: neque etiam iſtius ipſius inſaniam, qui eloquētia ſua magnopere fretus eſt: quem vbi conſtiterit vobis, acceptare munera: quò magis vobis fucum fecit, eò magis eum pro dignitate veſtra & vrbis vlciſcimini. Alioqui vno ſuffragio, vnóque iudicio, omnibus iis, qui vel delati vel deferendi ſunt, abſolutis, in voſmetipſos & populum corruptelam eorum transferetis, ac pòſt, eos qui abſoluerunt, accuſabitis, cum accuſando nihil proficietis. Ego, quantum ad meam accuſationis partem attinet, opem tuli: cæteris rebus neglectis omnibus præter ius & vtilitatem veſtram: reipublicæ non defui: non plus gratiæ tribui, quàm à populo decreto mihi muneri: quo eodem animo vt & vos ſitis, peto, atque aliis accuſatoribus aquam trado.

Patronos Demoſthenis repudiat.

Commēdatio ſui officij.

A πόλεως ἀπολογίαν. οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν ἠνάγκαζε τοῦτον τὰ μὴ προσήκοντα χρήματα λαμβάνειν καθ᾽ ὑμῶν, τὸν πολλῷ πλείω τῶν ἱκανῶν δι᾽ ὑμᾶς ἕτερα κεκτημένον· οὐδ᾽ ἀπολογεῖσθαι νῦν ὑπὲρ τῶν ὁμολογημένων ἀδικημάτων, γράψαντα καθ᾽ ἑαυτοῦ θάνατον τὴν ζημίαν· ἀλλ᾽ ἡ ἐκ τοῦ ἄλλου βίου ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία, ταῦτα εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τέτροφε. μὴ οὖν ἄχθεσθε αὐτοῦ κλαίοντες καὶ ὀδυρομένου. πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον ἐλεήσετε τὴν χώραν, ἣν οὗτος καθίστησιν εἰς τοὺς κινδύνους τοιαῦτα πράττων, ἢ τοὺς ἐξ αὐτῆς γεγενημένους ὑμᾶς ἱκετεύει παραστησαμένη τὰ ὑμέτερα τέκνα καὶ γυναῖκας, τιμωρήσασθαι τὸν προδότην καὶ σώζειν ἑαυτήν. ὑπὲρ ἧς οἱ πρόγονοι καλοὺς καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομείναντες, ἐλευθέραν ὑμῖν αὐτὴν παραδεδώκασιν. ἐν ᾗ πολλὰ καὶ καλὰ παραδείγματα λελείπται τῆς τῶν τελευτησάντων ἀρετῆς εἰς ταύτην ἀποβλέψαντας, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ γινομένας πατρίους θυσίας, καὶ τὰς τῶν προγόνων θήκας, φέρειν δεῖ τοὺς εὖ φρονοῦντας τὴν ψῆφον· καὶ ὅταν Δημοσθένης ἐξαπατῆσαι βουλόμενος, καὶ παρακρουόμενος ὑμᾶς οἰκτίζηται, B καὶ δακρύῃ, ὑμεῖς εἰς τὸ τῆς πόλεως σῶμα ἀποβλέψαντες, καὶ τὴν πρότερον δόξαν αὐτῇ ὑπάρχουσαν ἀντίθετε, πότερον ἡ πόλις ἐλεεινοτέρα διὰ τοῦτον γέγονεν, ἢ διὰ τὴν πόλιν Δημοσθένης; εὑρήσετε γὰρ τοῦτον μὲν λαμπρὸν ἐξ οὗ προσελήλυθεν εἰς τὸ πολιτεύεσθαι, γεγενημένον, καὶ ἀντὶ μὲν λογογράφου καὶ μισθοῦ τὰς δίκας λέγοντος, ὑπὲρ Κτησίππου, καὶ Φορμίωνος, ἑτέρων καὶ πολλῶν πλουσιώτερον ὄντα τῶν ἐν τῇ πόλει. ἀντὶ δ᾽ ἀγνῶτος καὶ οὐδεμίαν πατρικὴν δόξαν παρὰ τῶν προγόνων παρειληφότος, ἔνδοξον γεγενημένον. τὴν δὲ πόλιν οὐκ ἀξίως ἑαυτῆς, οὐδὲ τῆς τῶν προγόνων δόξης διακειμένην. ἀφέντες οὖν τοὺς ἐλέους, καὶ τοὺς φενακισμοὺς τοὺς τούτου, τὴν ὁσίαν καὶ δικαίαν φέρετε ψῆφον· καὶ σκοπεῖτε τὸ τῇ πατρίδι συμφέρον, μὴ τὸ Δημοσθένει. τοῦτο γάρ ἐστι καλῶν κἀγαθῶν δικαστῶν ἔργον. καὶ ὅταν ἀναβαίνῃ τις συνηγορήσων Δημοσθένει, λογίζεσθε ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὲν μὴ ἔνοχος ὢν ταῖς μελλούσαις ἀποφάσεσιν ἀναβαίνει, κακόνους ἐστὶ τῇ πολιτείᾳ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ δήμῳ δῶρα λαμβάνοντας, οὐ βουλόμενος δίκην δοῦναι, καὶ τὴν κοινὴν τῶν ὑμετέρων σωμάτων φυλακήν, ἐφ᾽ ᾗ τέτακται τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον καταλυθῆναι βούλεται, καὶ συγκεχύσθαι πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δίκαια. εἰ δὲ C ῥήτωρ ἢ στρατηγός, οἱ τὴν καθ᾽ αὑτῶν προσδοκωμένην ἀπόφασιν ἄπιστον βουλόμενοι γενέσθαι συνηγοροῦσιν· οὐ προσεκτέον ὑμῖν ἐστὶ τοῖς τούτων λόγοις, εἰδότας, ὅτι ἐκ πάντων τούτων γίνεται συνεργία περὶ τὸν Ἁρπάλου κατάπλουν καὶ τὴν ἄφεσιν. νομίσαντες οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καθ᾽ ὑμῶν πάντας τούτους ἀναβαίνειν καὶ κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι τῶν νόμων καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης μὴ ἀποδέχεσθε αὐτῶν. ἀλλὰ κελεύετε ἀπολογεῖσθαι περὶ τῶν κατηγορημένων· μηδὲ τὴν αὐτοῦ τούτου μανίαν, ὃς μέγα φρονεῖ ἐπὶ τῷ δύνασθαι λέγειν. καὶ ἐπειδὰν φανερὸς ὑμῖν γένηται δωροδοκῶν ἔτι μᾶλλον ἐξελήλεγκται φενακίζων ὑμᾶς· τιμωρήσασθε ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀξίως. εἰ δὲ μή, μιᾷ ψήφῳ, καὶ ἑνὶ ἀγῶνι, πάντας τοὺς ἀποπεφασμένους, καὶ τοὺς μέλλοντας ἀφέντες, εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ τὸν δῆμον τὴν τούτων δωροδοκίαν τρέψετε, καὶ ὕστερον ἐγκαλεῖτε τοῖς ἀφεῖσιν, ὅτε οὐδὲν ἔσται πλέον ὑμῖν. ἐγὼ μὲν οὖν ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν τῆς κατηγορίας ἥκει. βεβοήθηκα τἆλλα πάντα παρεὶς ὧν πλὴν τοῦ δικαίου καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν· οὐκ ἐγκατέλιπον τὴν πόλιν, οὐ χάριν προυργιαιτέραν τῆς τοῦ δήμου χειροτονίας ἐποιησάμην. ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμᾶς τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, παραδίδωμι τὸ ὕδωρ τοῖς ἄλλοις κατηγόροις.